

C A P. XII.

Ostendit quale sit illud primum principium, quia affirmatum, & quod sit illud quod Deus est, seu Deus est Deus.



Nuntio igitur quodā primum principium complexum est in Deo, vel de coextensitate rerum quae sunt, quod est illud. Primo ergo quae-
rendum est, quale sit illud, utrum Affirmatum, vel potius negatum.
Quod autem non sit pure negatum, apparet, quia pura negatio nō
potest; Primum principium complexorum ponit, & causas omnia
vera complexa significat, sicut capitulum proximum demonstrans,
non est ergo pure, & totaliter negatum. Nec est negatum pre-
gnans, seu implicans, quia talis negativa virtute solius negationis peni-
tus nihil ponit, sed si forsitan quicquam ponat, hoc est virtute aliquius affirmativa priora
quam importat: ergo illa affirmativa per se ponit est primum principium complexorum.
Ipsa enim per se est causa veritatis in alijs, sed illa negativa non nisi per illam, ergo illa prior.
Sed nihil tale est primum verum complexum, & causa veritatis in alijs, quo est aliud verum
prius, & alia causa prior. Item sicut 2. capitulum ostendebat, omne quod est per accidens ali-
quale, reducitur ad aliquod prius, quod per se est tale: talis autem negativa implicativa seu
prægnans tantum per accidens ponit & causat in alijs veritatem: ergo reducitur ad aliquod
per se prius, cuius virtute hoc facit; illud ergo aliud prius, & magis causat veritatem in alijs;
Igitur illud est potius principium complexorum. Hoc etiam aliud est prius verum, & causa
veritatis hujus negativae, ergo illa non est primum verum, nec primum principium complexo-
rum. Item secundum Philosophum 1. Post. 17. Demonstratio affirmativa est dignior,
melior, & nobilior, prior & potior negativa, & propositio affirmativa propositione negativa
similiter, utibz dicit & probat. Omnis enim negativa per affirmativam probatur, & cognoscitur, non ē contra. Item sicut demonstratio affirmativa ad negativam, sic propositio affir-
mativa ad negativam; sed demonstratio affirmativa præcessit negativa in conditionibus supradictis; quare & propositio affirmativa præcessit similiiter negativa. Quod autem affirmativa
probet negativam & non ē contra, patet ex libro Priorum de omnibus syllogismis. Et
quod negativa cognoscitur per affirmativam, & non ē contra, sequitur ex ipso, & patet similiter;
quia priuario cognoscitur per habitum, & non ē contra, vt probat Philosophus 3. de
Anima 25. & patet similiter in Comment. Vnde & Aviceona 1. Meraph. 5. Este notius est
quam non esse; Este enim cognoscitur per se, non esse vero per esse. Quibus & consentit Au-
gustinus 12. de Civit. Dei 7. dicens tenebris & silentium esse nota, non sane in specie, sed in
specie priuatione: Affirmatio autem est esse quodammodo & habitus, vel hæc importat;
Negatio vero non esse atque priuationem. Item omnis negativa vera haberet affirmativam ve-
ritatem priorem, quæ sit causa illius, vt patet per Philosophum 2. peri hermenias vlt. sic di-
centem, Si quod bonum est, & bonum est, & malum non est; hoc quidem secundum se, scilicet est bonum, illud vero secundum accidens, scilicet non est malum: Accidit enim ei malum
non esse; magis hæc in unoquoque vera, quæ secundum se est, & erit falsa; ergo hæc bonum
est bonum, verior est & prior, quam ita, bonum non est malum. Est etiam causa illius,
quaenam bonum est bonum, id est non est malum, & non ē contra; quia non est malum, pen-
itus nihil ponit, & per consequens nihil causat. Primum ergo principium complexorum
nullatenus negativum, sed affirmativum similiiter arbitrandum. Ostendo igitur quale sit illud
principium, iam superest investigare utrum quod sit illud, Utrum videlicet sit Deum esse, an
Deum scire omnia vera, vel Deum velle omnia vera; quodlibet enim horum possit tale prin-
cipium estimari: Nam sicut ex 9. huius apparer, voluntas Dei est prima & summa causa om-
nium, quare & omnium veritatum; ergo Deum velle est primum principium complexorum.
Sed haec summa non est vera; illud enim non est primum verum quo est aliud verum prius; sed
Deum velle habet aliud verum naturaliter prius eo, scilicet Deum cognoscere, quoniam Deus
naturaliter prius cognoscit quodlibet voluntum quam velit illud. Omnis enim voluntus est ne-
cessario præcognitum, sicut tam Philosophus quam Theologis satis constat. Ideoque poterit ap-
parere Deum cognoscere sive scire, esse principium iam quæsumus. Sed apparentia ista fallit;
Est enim aliud verum naturaliter prius isto, scilicet Deum est; Deum esse cognitum, Deum
esse omnipotentem cum similibus suis, distinguendo & multiplicando ista in Deo, & secun-
dum

Aviceona
Augustinus

C A P. 10.

De Causa Domini

201

A dum prædictum est, non esset satis omnino sine realiter, sed inesse qualiter
autem imaginari, sicut tam Philosophi quam Theologi solent loqui, sicut ab Anthonio in De
Mundo hat superius allegationem. Et patet idem per eundem 12. Metaph. multis locis, & per
Aurelensem 1. volumen 37. hæc item placuisse declarantem quod erant doctri Piat. A-
urelensem, Agazet, & Anicebro testantur concorditer, sicut probant superioris allegata. Sic etiam
loquitur Apostolus ad Romanos 1. cum dicit, Invisibilis Dei à creatura mundi per ea
qua facta sunt, intellecta & conspicuntur; sed semper inter quoque eius virtus accidentes; & alibi
in facta Scriptura creberente, in iuriis quoque Augustinus de Trinitate, & alijs ac gatherorum
Sanctorum, omniumque Doctorum distinguuntur quodammodo, potentia, scitudo, & vo-
luntas. Multa enim potest, & sciit, quæ non potest, & scientia, & gratia, & misericordia, & multi similes, omnibus suis nota. ut item illud principium possit tacitus
inueniri, scindendum secundum ratiocinum 2. Meraphym. Quodque est ut deus & apud
naturam existat negativus, intellectus & rationis anima nostra, sic se habet ad eum, sicut oculi
B. Nycticorū adhuc dies, scilicet ipsum Solē; & hoc est equaliter ex immobilitate corpo-
ralis matris oculos anima obsumbrantes. Quamdui igitur, come quod corruptitur, ag-
granat animam, & terrena habitatio deprimit sensum plenius cognitum, nos potest homo
intelligere Deum perfectè sicut est ipso metu dicens. Mōs deprecanti. Non poteris videre
faciem meam, non enim videtur homo, & vides, Exod. 33. Quare secundum Philosophum
1. Physic. & alibi, Innata est nobis via innotescens nobis ad nos ipsa natura, quæ sunt sim-
pliciter notoria, a posterioribus scilicet ad priorē, & transire ad causas. Nominis igitur qui-
bus Deum cognoscimus, non significat ipsum per se essentialiter, & penitus absolute, quo-
rum nam à creaturis, & effectibus notioribus nobis transcurrent ad ipsum, ignorensem nobis, li-
cit simpliciter notorem. Ideoque dicit Philosophus in De Mondo vlc. Cumque sienus,
multicorius, & dominatus ab omnibus passionibus egas innovat; Vocatur enim Iupiter,
Zima, filius Sarai, Enicus, fulmineus, pluvialis, tonitrus, tempestuos, serenus, & in
C. summa loquendo, celestis & terrenis appellandus à qualibet natrū, & fortuna, vélut ens
ipse omnium causa, enī & concordare Hermes, atque Dionysius superioris recitati. Vnde &
Rabbi Mōs de duce dubiorum, 18. Omnia nomina Creatoris, quæ inueniuntur in libris
sunt sumptu ab operibus, præter unum nomen, quod est appropriatum, scilicet tetragrammaton, & idcirco vocatur nomen separatum; quia significat sapientiam. Creatoris significa-
tione para in quo neque patet passatio. Sicutur vt hic dicit, nomen domini tetragrammaton,
vel quodlibet aliud lignum Deum patet, subiectumque verbo seu predicato simpliciter
sue purissimo dicto de Deo, propositio sic affirmans est primum simpliciter ve-
rorum omnium complexorum, & principium primum intrinsecum totius generis com-
plexorum. Statim enī nomen creatum, nec aliud aliud ab unico Dei Verbo, quod
est eius imago perfecta, significet cum pure, quod sepius images probabile, ponatur quod
hoc nomen, Deus, quod est tetragrammaton, quatuor scilicet litteras, imponatur Deo
D. ab effigie eius pura, & significet cum purissime, quo potest comprehendendi ab aliqua crea-
tura, & propositio coniungens simpliciter & purissime verborum vel predicationis purissi-
mum cum isto subiecto, est principium iam quæsumus, Icilius Deus est, vel Deus est
Deus. Quod autem propriissimum & purissimum nomen Dei, ab eius pura essentia impo-
natur, patet, ipsomet docente Moysen, nam eius scire violentem, dicendo. Ego sum qui
sum, Exod. tertio: quam autoritatem tradens Rabbi Mōs, vbi prius tñ. vñli quod hoc no-
men magnissime competit ipsi Deo, & significat Necesse esse; & supra 8. dicit, Quod nomen
dei, ut patet, non est nisi deus, & significat forensis significare super ratione
nam, non est nisi deus, & significat sibi proprieatate covenire. Apparet igitur Deus est, vel Deus est, si primum principium complexorum, si
predicatum & verbum eius purissimum, & propriissimum correspondet significet vel subiec-
tum. Sunt autem vera duplia, superiora & inferiora; inferiora vera, sunt omnia
dicta de creaturis, vel creatura, & venientia, scilicet de quocunque quod non est Deus, vel
etiam de Deo per accidens, illud, vñli Deus est Dominus omnium, vel Creator. Vera superi-
ora sunt, que in Deo sunt, & sustinente, vt, Deus est potens, sapiens, & bonus. Horum
nomen hec quidem sunt, quæcumque modo postmoda naturaliter, nec prius. Poterit enim
est Deus velle, quam cognoscere & cognoscere, quam est. Et enim naturaliter hec pre-
cedit & valuerit omnia, & omnia. Quod hec de se fatus appareat, potest tandem per
similem fidem. Et enim in modis diversis crederi, procedit naturaliter, unde illi caro
determinatum ad certe velata, diversasque propositiones de causa. Primariorum cre-
antur enim, & non est ante ipsum causum aliquid, quare & simili sibi videtur. I. ab omni

A pia. Cetero. Item per superius habita. Primum principium complexorum est affirmatum, quod ergo posse aliud affirmare quam esse primum de ente primo, purum et unum de purissimo, & simplicissimum de implicitissimo, quicquid estiam affirmatio alia posterior entitatis. Videlicet utrum Deum esse, vel Deum esse Deum, esse simpliciter primum principium complexorum. Illud enim verum est principium entiarum, quod naturaliter in ea procedit. Vnde & Antelmus de veritate. *Omnia summa veritas debet ipsa vero nulli quicquam debet; nec nullaratione est quod est, nisi quicquam.* Hic forsitan aliquis sic opponet, Illud non est primum verum quo est aliud verum prius, sed Deum esse, habet aliud verum prius, scilicet Deum posse esse, sequitur enim de quo cumque, hoc est, ergo hoc potest esse, & non concurritur, ergo per illam definitionem prior non solum Deum, Deum posse esse, est prius naturaliter quam *hunc esse*. Hac autem arguta posset in materia: *Prius enim est Deum esse, quam posse esse, quod videtur mirabile, sed est velut in Cetero enim positione cui potentia est si alia potentia existente prior est tale; Deus autem non est potens esse per aliquam potentiam alienam.* Non enim indiget viro tali, nec per potentiam aliam praecedentem, cum nulla sit talis, est ergo Deus potens seu possibilis esse, per potentiam propriam sibi attributam inphantem. Potestia autem possibilis seu potestas est quantum attributum divinum, prius ergo naturaliter est illud cui attributur & inheret, scilicet essentia pura Dei; quare & Deum esse videtur prius naturaliter, quam Deum posse esse, sicut ibi potest prioritas signatur. Hoc autem ratione ex primo huius apparet. Causa autem quare magis appetat contrarium, est quia ita est in omnibus aliis circa Deum, a quibus sicut superioris dicebatur, assurgimus ad cognitionem Dei, iudicantes sic esse in omni Creatore, sicut est in omnibus creaturis. In his enim omnibus posse esse praecedit actualiter esse. Totus enim mundus prius potuit esse quam est, & cum non eius nullam potentiam haberet, mundus quando non fuit, non fuit possibilis esse per potentiam propriam, sed diuinam. Vnde Antelmus de Casu diaboli. *Quod nihil est omnino nihil habet, & ideo nullum habet potestum, & sine potestate omnino nihil potest, & mundus antequam fieret nihil erat, ergo omnino nullus antequam esset poterit; non potuit ergo esse, antequam esset; quare antequam esset possibile, & impossibile fuit eum esse; et quidem in cuius potestate non erat, ut esset, erat impossibile; sed Deo in cuius potestate erat, ut fieret possibile: quia ergo Deus prius potuit facere mundum, quam fieret, ideo est mundus, non quia mundus potuit prius esse.*

C A P. XIII.

Ex istis quasi Corollarie 12. partes insert.*X hoc autem multa quasi corollaria videntur inserti;**Quod actus est simpliciter prior potentia.*

Dicitur, actus esse simpliciter priorem potentiam in mobilibus & non mobilibus, temporalibus & aeternis. Hoc ex prioribus satis patet, loquendo de primo actu simpliciter, cui est purissima, abolutissima, & actualissima essentia summum Dei, ex qua est ex radice potestor, & nullus, & non propositus, omnino attributa divinitas, quibus mediatisbus ex sua secunditate in humana germinat ceteras creature. Quare & Aristoteles 9. Metaph. 13. & post diffuse probat quod actus in omni motu & immobilitate est prior potentia in aliis modis, scilicet ratione id est, actione, sapientia, id est, perfectione, & tempore, quodammodo, & quodammodo non, quodlibet enim indumentum generatum prius est in potentia quam in actu, siveque potentia prior est actu, sed illud & quo incivitum generatum est necessarij prior in actu, siveque actus praecedit potentiam tempore, docente Philosopho. Semper enim ex potestate entis fit actus eius, ab aliis ente, semper mouente aliquo primo: mouens autem aeternum est. Et infra 17. Palam quod prior est prius potentia, substantia, & tempore, semper enim ex potestate actus eius ante aliis, v. quae ad eum, qui est semper mouens primum. Alio pro & magis proprie, Nam semperna priora subiecta corruptibilius, vbi dicitur Averroes. *Aquis qui est motor, praecedit tempore, tempore, & ascendit hoc ad primum motum & primum motorem.* Declaratum est enim in

A Physicis, quod omnia mora reducuntur ad primum motorem, qui est actus in quo non est potentia omnino, feliciter ad mutabilitatem aliquin in seipso, vt 5^{um} capitulo premodistauit. *Quod esse est prius simpliciter, quam non esse.*

Vnde & secundum monstratur quod d'esse prius est simpliciter quam non esse; esse scilicet prius naturaliter, sicut ex proximo satis patet. Vnde Averroes super 9. Meta. comment. 13. universaliter quia potentia est non esse, & actus esse, necesse est ut esse praecedat non esse. Rursum autem si hoc non est, verum est, & ita est, quod hoc non est, scilicet & secundum proximo huius premissa, aliqua veritate & entitate priore verum est, & ita est, quod hoc non est. Dicitque Philosophus 1. Post. 17. quod affirmativa prior est negativa, sicut esse prius est non esse.

Quod necessarium est prius possibili contradictionis.

Tertio quoque ex eodem colligitur, necessarium est prius possibili contradictionis, hoc enim evidenter apparet ex 17^a parte, & alijs primi huius. Necessarium etiam potest esse sine tali possibili, non est contra; Nam per secundum omne tale possibili necessarium conservatur a Deo. Item si necessarium non sit prius possibili contradictionis, est igitur compar, vel posteriorius, sed non est compar & coequalum cum eo, quia cum non sunt duo eque prima simpliciter, oportet illa duo reduci ad aliquod prius ambobus, tanquam ad primum principium & primam causam illis communem, sed nihil tale potest assignari; nec possibile contradictionis potest esse prius necessario, quia tunc potentia praecedet actum; & non esse, esse; quod est contra proximo nunc ostensa. Item si possibile contradictionis est prius necessario, cum tale possibile non de necessitate caset tale necessarium, posset esse sine illo, quod est contra secundum huius, sicut superioris est argumentum. Item quod non habet causam prius est eo quod habet causam; sed secundum Averroes 1. Metaph. 6. Necesse est per se non habet causam, & quod est possibile esse per se habet causam; Et infra eodem 8. Necesse est id quod per se ipsum est veritas, posse vero est esse per aliud a se; & cap. 6. probat, quod necesse est non habet veritas aliquid sibi coequalum, nec aliquid prius eo; sed ipsum per se ipsum est primum omnium aliorum.

Quod necessarium est prius impossibili.

Quarto vero ex hoc potest cognosci quod necessarium est prius impossibili: Possibile enim est prius impossibili sicut affirmatio negatione, habitus priuationis, & esse non esse; & necessarium est prius possibili; sicut nouissime probatur. Item necessarium est habet ad impossibile, sicut affirmatum ad negatum, habitus ad priuationem, & esse ad non esse; hac autem illa procedunt.

Quod pure necesse esse, seu pura necessitas est prius simpliciter quilibet alio, ac radix prius & fundamentum primarium omnium aliorum.

Quinto ex eodem colligitur, quod pure necesse est, seu pura necessitas est prius simpliciter quilibet alio, ac radix prima & fundamentum primarium omnium aliorum; hoc autem intellectus priorius faciliter cognoscetur. Potest tamen ex abundantia breviter sic ostendit; si non sit talis, aliquid aliud est prius naturaliter necessarij, vel coequalum cum eo; sed nullum non necessarium est prius eo, quia cum omne ens posterius constitutur in quolibet suo esse per ens primum, sequeretur quod necessarium constitutur in esse necessario prius non necessarium, sed possibile vel contingens, quod est impossibile manifestum, quia adhuc destruto possibili macteret necessarium per se ipsum, & quia nihil potest dare alteri firmius esse quam habet. Item si una pars contradictionis est possibilis, reliqua est possibilis, & si una est necessaria, reliqua est impossibilis; & si possibile constitutus necessarium ex posse non esse sequitur necessarium non esse, ergo ex possibili sequitur impossibile & ex vero falsum. Tunc etiam possibile vel contingens est prius necessario contra priora. Negaliquid non necessarij est coequalum cum necessario, secundum precedencia documenta, est ergo necesse esse principium omnibus aliis, & omnium prima causa. Opponet se forsitan aliquis contra ista, quia secundum priora Deum est 1^{um} principium, & per consequens Deum simpliciter esse, prius est quam ipsum necessarij esse, seu esse necesse esse, & quia sicut pars praecedit totu, sic esse necesse est: Dicendum secundum priora; quod si Deus est, sit 1^{um} principium, hoc nomen Deus significat 1^{um} ens essentialissimum & propriissimum, square & similitudine maxime necesse esse, & predicatum seu verbum significabit quantum poterit correspondenter, sive Deum esse, si sit primum principium per se, & prius significat necesse esse sic esse. Et qualcumque esse, predicatum seu verbum significet, cum subiectum sit prius naturaliter praedicato & verbo, & ipsum ex se primo est, necesse est, adhuc necesse est praecedit aliud esse quodcumq;. Quod autem assumitur consequenter quod esse praecedit necesse esse, vt pars totum, non est verum: Nam necesse esse non habet aliquam partem priorem, nec aliiquid prius omnino quo constitutur in tali esse; sed ipsum per se & prius est simplicissime tale esse.

6. *Quod principium primum complexum summe & pure necessarium est & firmum.*

VNDE & pater indubie, quod principium primum complexum, summe & pure necessarium est & firmum: Hoc enim de summe & firmitate necessitate esse correspondenter cœuntat esse, sicut precedentia manifestant.

7. *Quod necessarium nequaquam recte per possibile vel per impossibile definitur.*

Soptimo concluditur manifeste, quod necessarium nequaquam recte per possibile, nec per impossibile definitur: Nihil enim recte definitur per aliquid posterius eo; sicut 2. Post. & 7. Metaph. demonstratur, sed vitrumque istorum est posterius necessario: Non ergo recte definitus necessarium per hoc quod non est possibile non esse, vel per hoc quod impossibile est non esse. Ideoque Aucten. 1. Metaph. 5. reprobat definitiones Antiquorum de necessario, possibili, & impossibili, eo quod definiebant illa per se inuicem circulando, ut pater de definitionibus quas ibi recitat ab Antiquis; dicitq; ex his tribus id quod dignius est intelligi est neesse esse, quoniam neesse esse significat vehementiam esseendi; esse vero notius est quam non esse; esse enim cognoscitur per se, non esse vero per esse.

8. *Quod neesse esse non potest simpliciter definiri.*

VNDE & octauo constare poterit evidenter, quod neesse esse, non potest simpliciter definiri: (Non enim habet aliquid simpliciter prius eo) Notificari tamen nobis & describi potest quodammodo per descriptionem a posterioribus, & ignotoribus, sed notioribus nobis sumptam, sicut in omnibus ferè sciencij cœberrime definitur.

9. *Quod affirmativa effector qualibet negativa, & quod qualibet negativa vera reducitur ad aliam affirmatiuam priorem et causam veritatis illius.*

HINC non similiiter patet, affirmativa esse priorem qualibet negativa, & omnem negatiuam veram reduci ad affirmatiuam priorem, que sit causa veritatis illius: Primum namque principium quod est affirmatiuum est prima causa cuiuslibet alterius veritatis, sicut prehabita manifestant. Item hoc est verum de negativa de qua minus videtur, de tali scilicet cuius vitrumque extremum est impossibile esse, ut Chimera non est Tragelaphus; Hæc enim est vera, ergo habet aliquam causam veritatis; sed illa non est soli termini, quia illi soli per se non magis reddeant propositionem veram quam falsam; iudicium nec veram, nec falsam: Nec illa causa potest esse Chimera, nec Tragelaphus; hæc enim nihil sunt & per consequens nihil causant; est ergo aliquid existens causa veritatis illius: Hic autem potest quis instare, Nam propositione immediata non habet aliquam Propositionem priorem, quia in causa veritatis illius, quoniam tunc per illam posset ostendere priori; sed aliqua est Propositione negativa immediata, ut patet in libro Post. quasi per totum. Dicendum quod Propositionem est immediatam potest esse duplamente, scilicet simpliciter, vel in aliquo determinato genere, seu triam per priuationem medijs simpliciter, vel in certo genere. Primo modo nulla propositione negativa est immediata, sicut ratio studere videtur; secundo modo est, scilicet non omnino & simpliciter sed in genere Propositionum negaturum, sicut per priuationem Propositionis negativæ prioris, per quam à priori valeat demonstrari, & sic potest intelligi dictus liber.

10. *Quod prima causa cuiuslibet negationis vera est in Deo.*

ET ex hoc videtur decimo, quod prima causa cuiuslibet negationis vera sit in Deo. Cuiuslibet affirmationis veræ aliqua affirmativa prior est causa, sicut proximo est ostensum, & cuiuslibet affirmativa veræ prima causa est primum principium complexum, scilicet Deum esse, sicut precedentia docuerunt.

11. *Quod Deus est prima Causa cuiuscunq; non esse.*

EX isto autem undecimo videtur inferri, Deum esse primam causam cuiuscunq; non esse: A qualibet enim non ente vere negatur esse; huius autem veritatis negatione Deus est prima causa, sicut ostensum est proximo; est ergo prima causa sic essendi, vel non essendi, sicut significatur per diuinum: Nam in eo quod res est vel non est, oratio vera vel falsa dicitur, ut predicationem Aristotelis docuerunt. Item Deus est prima causa cuiuslibet essentientis, & aliquod est, ut est est causa aliquius non esse vel non entis, ergo Deus est prima causa aliquius non esse, vel non entis, ergo & cuiuscunq; per similem rationem. Bonum enim non esse malum est quoddam nomine, & huius causa est bonum, sicut bene, ut homo non est animus, quia,

A quia est anima irrationalis seu homo. Et in partibus non entibus patet idem: Aliquod enim factibile non est factum, nec est, quia nullum faciens fecit illud: Species enim, vel res quæcumque factibilis a solo Deo, sicut alia stella in celo, vel alius angelus, idea non habet, nec erat, quia Deus non fecit, sicut iudicium naturæ non fuit, quia natura non affuit, sed absuit fortissimè occupatus, ut patet per Aristotelem, 5. Metaph. 2. & per Anselmum de Conceptu Virginis 1.

12. *Quod prima causa cuiuslibet impossibilitatis & repugnante est in Deo.*

DODECIMO proferunt ex isto, quod prima causa cuiuslibet impossibilitatis seu repugnante est in Deo: Si enim impossibilitas & repugnante capiantur negatiæ, patet per proximo nunc ostensa; si enim in Deo sit prima causa cuiuscunq; negationis vera, & non esse, ergo & negationis, & non esse cuiuslibet impossibilis & repugnantis, & quia qualibet negatione vera reducitur ad affirmatiuum priorem, & sic ad primum principium, scilicet Deum esse, sicut ex superioribus fatigat patet. Si vero affirmatiue & positive lumenatur, patet similiter, cum per capita proxima constet, Deum esse omnium talium causam primam. Item cuiuslibet impossibilitatis & repugnante est aliqua causa, & Deus est causarum omnium prima causa: Hoc etiam potest probari, sicut precedentia probabantur; verum est enim, quod hoc est impossibilis, quoconque impossibili demonstrato; huius autem veritatis, quare & sic essendi, prima causa est primum principium, scilicet Deum esse. Item verum est quod impossibile est Chimera esse Tragelaphus; heus autem veritatis causa non est soliter trivii, nec Chimera, aut Tragelaphus, nec aliquid non est; quia quod omnino non est, nihil omnino causare potest; aliquod ergo entium est causa illius, & Deus est omnium entium prima causa. Item omne quod est naturaliter & essentialiter prius alio, est aliqua causa eius; quia si non, tunc potest esse sine illo prior; quodlibet enim posterius potest esse sine quoconque priore, à quo causaliter non dependet in esse: Positis enim omnibus & solis illis prioribus, à quibus posterius causaliter dependet in esse, potest posterius illud ponis; quia si non, hoc esset proper defectum alicuius cause essentialis, quæ necessario præxigebatur ad causandum illud in esse; sed iam sunt posite omnes tales causa, nec potest singi, quod hoc sit propter defectum alicuius causa accidentalis, cum non repugnet tamen esse sine quoconque libi accidentaliter, ut patet per illam definitionem accidentis non inserviat superioris memoriam. Patet ergo quod si prius non sit causa posterioris, posterior potest esse sine illo priori; & si posterior aliquod potest esse sine priori signato, illud non est prius naturaliter & essentialiter illo posteriori, sed accidentaliter forsitan tantum quod destruit hypothesim præceptam. Imo prius videbitur quod illa sint coequali, vel secundum nullum ordinem essentiali connexa: Si enim illud prius non sit causa posterioris, vitrumque potest esse sine reliquo, ergo non sunt naturalius nec essentialius ad inuicem ordinata, quia in uirtutem Archimedie vel qualibet inconnexa, quod etiam falsaret hypothesim prius fixam. Hoc ergo supposita, arguitur isto modo: Omne quod est naturaliter & essentialiter prius alio est aliqua causa eius: sed alicuius est naturaliter & essentialiter prius impossibilis, sicut funeris est ostensum; ergo necessarium est aliqua causa impossibilitatis & repugnante cuiuscunq; & omne necessarium est primum necessarium, scilicet ipse Deus, vel causatum & dependens ab ipso, sicut precedentia docuerunt. Imaginor enim quod sicut secundum præhabita primum omnium sit pura necessitas, sicut purum neesse esse, stans omnino per se, non dependens ab alio, quodcumque modo; à quo sicut per eius similitudinem, & conformitatem, omne aliud necessarium vel possibile, est necessarium esse, vel possibile esse: sic per eiusdem dissimilitudinem, & contrarietatem seu oppositionem, omne impossibile est impossibile esse, purumque quod omne impossibile esse, id est impossibile, quia ipsum neesse esse necessario sibi repugnat, & sic immobiliter prohibet illud esse. Sed ne forsitan mihi dicatur, quod res non sequuntur imaginationem, sicut levius imaginationis image ad nullum redigatur, muniam eam aliqua ratione. Omne enim impossibile esse præterea est impossibile esse, quia necessario & firmiter repugnat sibi esse: sed in ipso impossibili esse, ut omnino non sit, non est aliquid; quare nec aliqua necessitas, firmitas, seu repugnante; illa ergo necessaria seu repugnante est in aliquo existente, ita quod impossibile est illud esse, quia aliquod existens per se & necessario sibi repugnat; illud vero impossibile repugnat huiusmodi existenti, non per se & primo, sed tanq; per repugnantiæ existentis, quia scilicet illud existens sibi repugnat, sicut est in relatione tertii modi, quæ dicuntur secundū mensurabile & mensuram, cuiusmodi sunt sensibile, scibile, & intelligibile, seu sentiendum, scitum, & intellectum cum suis correlative. Hæc enim dicuntur relatives, non quia per se, & essentialiter referuntur, sed quia accidere, quod alia, scilicet correlative per se & essentialiter referuntur ad illa, & mensurantur alicius, ut patet quinto Metaphysicorum 20. & similiter.

CONTRARIOVEVERA est impossibile esse, quia necessario & firmiter repugnat sibi esse: sed in ipso impossibili esse, ut omnino non sit, non est aliquid; quare nec aliqua necessitas, firmitas, seu repugnante; illa ergo necessaria seu repugnante est in aliquo existente, ita quod impossibile est illud esse, quia aliquod existens per se & necessario sibi repugnat; illud vero impossibile repugnat huiusmodi existenti, non per se & primo, sed tanq; per repugnantiæ existentis, quia scilicet illud existens sibi repugnat, sicut est in relatione tertii modi, quæ dicuntur secundū mensurabile & mensuram, cuiusmodi sunt sensibile, scibile, & intelligibile, seu sentiendum, scitum, & intellectum cum suis correlative. Hæc enim dicuntur relatives, non quia per se, & essentialiter referuntur, sed quia accidere, quod alia, scilicet correlative per se & essentialiter referuntur ad illa, & mensurantur alicius, ut patet quinto Metaphysicorum 20. & similiter.

ECONTRARIOVEVERA est impossibile esse, quia necessario & firmiter repugnat sibi esse: sed in ipso impossibili esse, ut omnino non sit, non est aliquid; quare nec aliqua necessitas, firmitas, seu repugnante; illa ergo necessaria seu repugnante est in aliquo existente, ita quod impossibile est illud esse, quia aliquod existens per se & necessario sibi repugnat; illud vero impossibile repugnat huiusmodi existenti, non per se & primo, sed tanq; per repugnantiæ existentis, quia scilicet illud existens sibi repugnat, sicut est in relatione tertii modi, quæ dicuntur secundū mensurabile & mensuram, cuiusmodi sunt sensibile, scibile, & intelligibile, seu sentiendum, scitum, & intellectum cum suis correlative. Hæc enim dicuntur relatives, non quia per se, & essentialiter referuntur, sed quia accidere, quod alia, scilicet correlative per se & essentialiter referuntur ad illa, & mensurantur alicius, ut patet quinto Metaphysicorum 20. & similiter.

Auctros.

biter in Commentariis. Videatur ergo, quod omne impossibile esse, ideo sit impossibile esse; quia A antiquod existens per se & primò non repugnat proprietatis illius esse; omne autem existens est plena & pura existens, seu necessariae, veritatis, etiam & dependens ab eo. Item impossibile & possibile dicantur ad inducēm relationē secundum priuationem, ut patet. Metaph. vbi prius; sed de impossibili cum sit purè non ens, nulla relatio per se & essentialiter potest configurari seu fundari, quia tunc duo purè non entia possent restringi ad inducēm per se & essentialiter, sive coexistētia alicuius existentis omnino: Ita ergo relatio per se & primò fundatur in extremo positivo; scilicet in possibili, & emanet ab eo, & sic attribuitur, & accidit quodammodo extremo alteri priuationi, sicut in relatiuis tertii modi proximo dicebatur. Possibile ergo causat istam relationem & impossibilitatem & necessitatem eius prius possibili esse; & causa illius, sicut superius est ostensum, & Deus est prima causa omnium possibilium & necessariorum, ac omnium causationum illorum. Item ideo impossibile est impossibile, quia repugnat possibili, in modo quia possibile sibi repugnat. Possibile ergo est prima causa huius repugnare & impossibilitatem, & Deus est prima causa omnis alterius causationis & causa: Istud potest confirmari per hoc quod omnia opposita reducantur ad prima opposita, quae sunt habitus & priuationes, ut patet. o. Metaph. 15. & 12. Metaph. 23. & ibi probatur, quod illa sunt in genere substantiae; habituā autem & positivū est naturaliter prius; alio: quare & aliqua causa eius sicut præcedēt manifestat. Primus ergo habitus in genere substantiae, scilicet Deus ipse, est prima causa cuiuslibet priuationis; quapropter & impossibilitatis & repugnancie, cuiuscunque. Item causa propinqua quare quicquam est possibile, est, quia Deus illud potest, sicut superius est ostensum. Ergo causa propinqua quare quicquam non est possibile, est quia Deus illud non potest; & quia Deus hoc non potest, non est propter defectum potentiae in eo, cum sit omnipotens. Vnde Averroës super 8. Phys. 4. Agens non posse facere aliquod impossibile, non est diminutio agentis; In modo propter abundantiam suæ potentiae infinitæ, ideoque potentissimum hoc non potest; hoc enim non potest, quia repugnat C natuæ potentiae infinitæ; In modo quia potentia infinita immobiliter sibi repugnat, siveque necessitatem prohibet illud esse. Et quia secundum prius ostensa, Actusenam in Deo præcedit potentiam, ideo sua potentia impossibili tali repugnat, quia sūus actus purissimis immobiliter & necessario sibi repugnat; & hoc est, quia est purum necessitatem, seu pure necessitas. Hoc enim est primum simpliciter omnium affirmationum & negationum, sicut superius est ostensum; & hec videtur totius impossibilitatis resolutio consummata. Hæc autem ratio fundatur in dicto Philosophi 1. Post. 12. vbi inquit medium negativum demonstrativum propinquum conclusionis negatur; ut quare partes non respirant offendens non posse dici quia non est Animal, quia tunc esse Animal est causa propinqua respirandi, & sic omne Animal respirare: Si enim negatio est causa ipsius non esse, affirmatio est causa esse; sicut esse sine mensura calidi & frigidū est causa non sanandi, sic esse cum mensura eorū est causa sanandi; & similiter, si affirmatio est causa esse, & negatio est causa non esse. Item quodcumque est impossibile, Deus illud non potest: Vero ergo illud est impossibile, quia Deus illud non potest, & sic habetur propositum; vel ideo Deus illud non potest, quia est impossibile; & sic secundum proximo allegata: Ideo Deus potest quodcumque possibile, quia illud est possibile; sic quoque possibile est possibile esse prius naturaliter, quam Deum illud posse, & causa prima, quare Deus hoc posset, quod præcedēt non permittunt, & tunc Deus recipere potentiā & perfectionem ab alio, nec sufficeret plenilime sibi ipso, nec esset omnium prima causa. Etiam si sic esset, aliqua creatura, in modo, quod videtur in dignitate, aliquid purè non ens, non creatuæ nec creabile prohibetur, impossibilitatur, & inveniatur necessitatem iuppōnēt omnipotētēm virtutis faciat; vel ne faciat hoc vel illud, & similiter cogeret intellectum diuinum ad intelligendum huiusmodi & sciendum, & eius voluntatem potentissimam atque libertimam ad voluntendum. Hæc autem sententiam tenerit Henticus de Gandaio 8. de quolibet quæst. 3. dicens quod non est verum dicere de aliquo impossibili simpliciter quod Deus non potest hoc facere, quia illud E non potest fieri: sed potius non potest fieri, quia Deus non potest illud fieri, & in affirmativa, non dicuntur Deum posse aliquod facere; quia illud potest fieri, sed non potest fieri. Hoc idem probat similiter Iohannes Scorus super 1. sentent. dist. 4. per rationem priorēm fundatam ex primo Post. & per aliam similiem, & hoc tunc sūus aliud dicit: ut quodcumque impossibile simpliciter, nisi quod includit contradictionem, & impossibilitatem, que ex rationibus suis formalibus sunt incompossibilitas, & ab eo sunt principia et incompossibilitas & quodcumque habent suas rationes formalib; scilicet ab intellectu diuino, & cognoscitur, & dicitur ex se. Obijicitur forsitan aliquis contra dicta per dictos Doctores: Ita, non potest teneri contrarium & de quilib; questione tertia manifeste, scilicet quod prima causa

Henticus de Gandaio.

Iohannes Scorus.

Henricus de Gandaio.

A quare aliquid est possibile, est ex Deo; sed prima causa, quare aliquid est impossibile est ex se & ex natura, communis tamen legendo de re, scilicet ut est communis ad omnia intelligibilia existentia vel non existentia; & ad hoc allegat Autenciam. Metaph. dicentes, quod ideo agens non potest, quia non est possibile in re. Idem quoque Iohannes probat contradictionem vbi prius, & arguit isto modo: Nihil est impossibile simpliciter nisi cui simpliciter repugnat esse; & hoc primò ex se, quia ex suis primis & per se rationibus formalibus, circumscribendo quodlibet aliud; in modo & si per impossibile Deus non esset, adhuc illud esset impossibile. Dicteque ibidem quod possibilis & impossibilis, possibilium & impossibilium reducuntur principiis ad intellectum diuinum, non ad eius omnipotentiam seu potentiam, quod redit præhabitus obviare. Ad hanc autem dico quod videtur mihi cum Iohanne praedito vbi prius, quod Henricus per dictum secundum dictum primum corrigit, securiactat. Posset tamen ipse Henricus, Autenciana, & Iohannes intelligere, quod nulla pura priuatione seu impossibilitas priuatione per se & priuam, que non dependeat ab aliquo positivo priori, est in Deo, que sit causa priuationis & impossibilitatis impossibilium, sicut aliquid positivum in eo per se & primò est causa cuiuslibet possibilis possibilium: sed impossibilitas ex parte ei impossibilis, id est, pura & prima necessitas non essendi rem impossibile esse, est causa quare Deus & quodcumque auctiuum non potest; hoc autem necessitas positiva secundum præhabita est in Deo. Sed ratio Iohannis non procedit; Impossibilis enim esse, non per se & primò repugnat esse, sed quia primum esse necessario sibi repugnat, sicut superioris erat dictum. Nec est hoc primo ex rationibus formalibus quas imaginatur; Si enim illæ rationes sint aliquo modo causa, reducuntur ad causam priorem, ad Deum scilicet caularum omnium causam ratiæ; & hoc patet per ipsummet ibi dicentes, quod talia sunt principia et incompossibilitas ab eo, a quo habent principiatus rationes suas formales, scilicet ab intellectu diuino. Quod autem dicit, & si Deus non esset, adhuc tale quid esset impossibile, si impossibile sumatur affirmatio, fallitur est; quia si ipse non esset, nihil positivum vel affirmativum esset; si autem sumatur purè negatio, scilicet pro non possibile esse, sic verum est. Ipse enim est prima & suorum potentiarum, quia quodlibet possibile necessario est possibile, ideoque ipso non ente, nihil esset possibile, sed ex hoc non sequitur quod volebat: Vel aliter & forte melius potest dici, quod Deum non esse, necessarij sicutem contradictione includit; quare & posito Deum non esse, sedum una pars contradictionis in multis & forte in omnibus, sed & altera necessarij consequetur. Potest quodlibet argui contra illum; Dicit enim quod intellectus diuinus est causa impossibilitatis in rebus. Licet enim Deus nihil intelligeret circa impossibile, quia secundum eum licet Deus non esset adhuc impossibile, esset impossibile; ergo per consequentiam propriam, intellectus diuinus non est causa impossibilitatis illius. Et quod dicit, quod possibilis & impossibilis redit principiis ad intellectum Dei, nou ad eius omnipotentiam seu potentiam, videatur mirabile, quoniam secundum modum suum imaginandi credetur, essentia diuina est D principium potentiae in Deo: cum actus præcedat potentiam in eo, & ipsa est aliquo modo priori actuali intellectione eius. Ex hoc enim videtur potentiam & perfectissimam intelligere vniuersa, quia habet potentiam intellectus perfectissimam & potentissimam. Videtur igitur essentia sive purum esse, principiū potentia sive posse, & hoc intellectus actualis; & quicquid est principiū principij, est principium principiati. Essentia ergo & potentia diuina sunt priora principia possibilis & impossibilis, quam intellectus diuinus. Probat autem hoc dictum suum sic: Per quodcumque in Deo possibile primum constituitur in esse intelligibili, illud est prima ratio possibilis; sed per omnipotentiam ut distinguitur contra intellectum, non constituitur creatura in esse intelligibili, sed per intellectum. Sed minor huius rationis videatur pectare; Sicut enim intellectus diuinus constituit aliquid in esse intelligibili, intelligendo illud; & cum constitueret aliquod constitutum in aliquo else, sit prius naturaliter quam illud constitutum esse; tale, videtur quod Deus prius naturaliter intelligat quodcumque intelligibile, quam illud sit intelligibile; quod tamen non appetit, in modo magis videtur contrarium. Videtur enim quod scibile in esse intelligibili, & scientiam, & intelligibile in esse intelligibili, intellectum. Videtur enim quod essentia diuina ex infinitate suæ potentie & virtutis, distinctissimè & quodammodo nominatum constituitur intellectus & conscientia, intelligibilia vniuersa, & eorum omnium primas, purissimas & propriissimas assertiones; & ha sunt ideas de quibus Philosophi & Theologoi rotulavit, sicut quodammodo presentes intellectum diuinum, offert ita sibi ut obiecta, & scipiente, sicut intelligit omnia & scipiente. Et hoc videtur Eustas testari 40. de Deo sic dicens. Omnes ex nomine vocat, per multitudinem fortitudinis & roboris, virtutisq; eius, neque vni relatu fuit; vbi glossa interlinearis, præmissa studine fortitudinis sic exponi, quia est omni-

potens ergo eius omnipotenta est causa sua intellectio, & prior ea, & hoc ex ea praedicto. Et hoc specialiter profer arguit contra Scotum. Si enim omnipotenta Dei sit causa sua intellectio, & sua intellectio sit causa constitutio intelligibilis in esse intelligibili, ergo & sua omnipotenta ista constitutio in hoc esse. Quicquid enim est causa causa est causa causati. Et hoc posset confirmari ex propriis dictis ibi. Probar enim quod omnipotenta Dei est prior creatura, secundum quodlibet suum esse, sicut existens, sicut intelligibile; per hoc, quod hanc omnipotentiam esse formaliter necessaria, creatura vero possibilis secundum quodlibet suum esse, & tale necessarium praeedit omne tale possibile, sic igitur sibi supponit, & ego superius ostendebam, est ergo causa illius sicut praecedentia sua sunt. Item contra rationem aliam dicit sui. Dicit enim quod Intellectus diuinus producit aliqua duo intelligibilia in esse intelligibili, & non per producta extantia suis formalibus, per se & primo repugnat, & non incorporeabilitate videtur quod eadem ratione debet consequenter hoc dicere, de compotibilibus, possibilibus, similibus, & equalibus, maioribus, minoribus, & vniuersaliter de omnibus politiis, scilicet quod acceptis rationibus suis formalibus per se & primo sunt talia per se ipsa, seu per rationes suas formales. Ratio namque formalis alibi tantum facit album esse, album, sicut non esse nigrum, immo prius & magis. Album enim per hoc quod est album non est aigatum, & vniuersaliter omnis negativa vera, reductum ad aliquam affirmativam veram priorem, ut patet per priora; et sic nullius politiui citra Deum, prima causa seu ratio est in Deo, cum tamen Deus sit omnium talium prima causa, & sicut ipse dicit, quod possibilis est cuiuslibet primaria ratio est in Deo.

C A P. X I V .

Quod diuina voluntas est causa cuiuslibet futuri atque praeteriti, quare ipsum est tunc.



Augustinus.

Anselmus.
Augustinus.

Tunc tractatus de causalitate voluntatis diuinæ finaliter compleatur, ostendendum existimo quod diuina voluntas est causa cuiuslibet futuri sive praeteriti, quare ipsum est tunc. Nam secundum Philosopham 2. Pof. 3. quæ verè est causa essendi, quodcumque, eadem est causa fieri, facti esse, & futuri esse, & secundum Lincolniacum, hacten conclusio 18. illius secundi: sed diuina voluntas est veræ causa essendi quodcumque, sicut capitulo nonnum probat. Vnde Augustinus 22. de Civit. Dei 2. Secundum illam voluntatem Dei, quæ cum eius praeterita vel potentia, sed etiam futura iam fecit. Verum antequam venire tempus quo voluntate fieri, quod ante tempora vniuersa praesciuit atque disposuit, dicimus. Ei si quando Deus voluerit: si autem non solum tempus quo futurum est, verum etiam utrum futurum sit, ignoramus, dicimus. Fieri si Deus voluerit, non quia Deus nouam voluntatem quam non habuit, nunc habebit; Sed quia id, quod ex aeternitate in eius immutabili preparatum est voluntate, tunc erit. Hoc idem patere videtur per Ansel. Mono. 18. & de Veritate 10. & per August. 1. Schol. 21. secundi eiusdem 20. & 26. Contra Faust. 2. Sicut vnde cum huius tangit, quod & magis apparet, si quis attenderat Augustinum ibidem contra Faustum, ne cum ponere causas rerum futurorum, praesentium, & praeteritorum in Deo, sed in voluntate diuina. Vnde sic ait, Quid de Heliastum sit necessitas, nesciunt, tamen de illo credimus, quod vera scriptura testatur; Illud sane scimus de eo factum, quod Dei voluntas habet, quod autem Dei voluntas non habet, fieri de quoconque omnino non posse. Proinde si simili dicatur, posse fieri ut caro, verbi gratia, huius vel illius dominis in corpus celestis mutetur; concedo fieri posse, sed utrum futurum sit, nescio; et ideo nescio quia quid habeat de hac re Dei voluntas, me lateri. Illud tamen me non latet, sine dubio futurum, si hoc Dei voluntas haberet. Erantra, tamen non possunt futura non fieri, quam non sufficiat praeterita, quoniam non est in Dei voluntate ut cohererit quicquam, quo verum est. Quapropter omnia quæ vere futura sunt, sive dubio praeterita sunt, ita futura & praeterita, nullum esse habent omnino, ergo ante aliud quodlibet non possunt, nec aliquid veritatis, quare cum veraci res se habent esse futuram, nec praeteritum. Habet ergo hoc prout aliquam aliam causam, & illa non potest esse pura non ens proprie idem; vel factum illa reducitur ad causam aliquam existentiam, & omnium causarum existen-

tium

C A P. IO.

De Causa Dei.

209

A Dei est causa, quare quodcumque futurum ad utrumque est futurum; ergo ex eadem ratione quodrumlibet aliorum. Antichristus enim ex se nullum esse habet omnino; ergo ex se non magis determinatur ad unam partem contradictionis, quam aliam; ergo de se tantum non est futurum, sed pure indifferens. Si ergo sit futurus, hoc est per aliquam causam determinantem; sed illa causa accessorio est diuina voluntas, vel ad illam reductio, ut ad primam & supremam causam determinationis illius. Item Antichristus futurus non magis ex se habet, unde sit futurus, quam Prochristus æqualiter possibilis futurus, sed nunquam vere futurus: sed iste non est ex se futurus, ergo nec ille, sed per aliquam aliam causam, quæ sine diuina voluntate causare non potest. Adhuc autem, aliquod non futurum possibile tamen fore, ut A potest Deus facere, fore, & esse futurum; quod si sit, voluntas diuina est causa quare A est futurum; quare & similiter de similibus vniuersis. Quapropter & Iohannes super i. Scritor. dat. 32. dicit, Quod nihil tale de futuro est verum ante determinationem voluntatis diuinae, sed illa determinatione præcedit naturaliter sicut causa. Item eadem est causa nunc quare futurum quodlibet est futurum, quæ fuit ante mundum: sed tunc voluntas diuina fuit causa omnium futurorum, ergo adhuc est; cum secundum quintum capitulum Deus sit immutabilis omni modo. Item magis est esse futurum, quam esse possibile; sed nullum futurum ex se habet esse possibile, ergo nec futurum: Omne enim possibile, aliqua potentia est; possibile; sed nullum futurum habet aliquid esse, ergo nec aliquam potentiam. Nullum ergo futurum est possibile esse nisi quia aliquid præsens potest facere illud esse: sed nullum præsens potest facere aliquid sine voluntate Dei coagente; nulla ergo possibilis, aut causa possibilis est in futuris, sed in presentibus, & prima & summa omnium causarum, & possibilium, seu potentiarum præsentium est in Deo. Eadem quoque est causa possibilis futurorum nunc, sicut ante mundum: sed tunc fuerat solus Deus, ut pater per venerabilem Anselmum, De casu diaboli, 12. manifestè secundum quod capitulum 12. allegavit. Item omne quod necesse est esse aliquale, aliqua necessitate necesse est esse tale; sed nullum præteritum habet aliquid esse, ergo nec aliquam necessitatem; & quodlibet tale necesse est esse præteritum; ergo hoc est per aliquam necessitatem præsentem, quæ necessariò est Deus, vel dependet ab eo, quare & à voluntate illius. Vnde & Anselmus 2. Cur Deus homo 17. Omnis necessitas aut impossibilitas Dei subiaceat voluntati; illius autem voluntatis nulli subditur necessitatibus aut impossibilitatibus; nisi enim est necessarium aut impossibile, nisi quia ipse sit vult. Item primum verum est causa cuiuslibet veri sequentis, quare & causa sic essendi realiter, sicut significat quodlibet verum sequens. Primum autem verum est in Deo, sicut cap. 1. cum 12. docuit: ergo in Deo est causa essendi verum, quodlibet verum de futuro, & sic essendi, sicut significatur per illud, & hoc non est sine voluntate præcedente, vel etiam concomitante. Item Deus cum voluntate sua præcedit naturaliter omne præteritum, & futurum, ergo est causa eorum, sicut capitulo proximo est ostensum. Hoc etiam tenet exp̄ Petrus Lombardus, 1. Serm. dñs. 55. 4. sic dicens: hęc itaque summe bona voluntas causa est omnium quæ naturaliter sunt, vel facta, sive futura sunt. Nonne & hoc est quod viginti quatuor Seniores concorditer attestantur, dicentes sedenti in thoro; Tu creasti omnia, & proper voluntatem tuam erant, & creata sunt, Apocal.

E 4. Erant, inquam, sicut exponunt Doctores prius in prædestinatione, in arte, in Sapientia Dei, & creata sunt posterius in opere, & effectu.

C O R O L L A R I V M .

Et habet corollarium: Si Deus esse desineret, nihil esset præteritum nec futurum, verum nec falsum, possibile vel impossibile, necessarium vel contingens, nec etiam posset esse: ex quo & oppositum sequitur evidenter, videlicet ipsum Deum, & sic aliquid præfuisse, esse, & fore. O quam necessarium est hunc esse, quam tam impossibile est desinere unquam esse, & quod Deum qualitercumque non esse, contradictionem necessariissime continet & importat; & quod necesse esse, videretur maxime proprium nomen Dei.

Vnde videretur corollarium mirum sequi, scilicet, si Deus esse desineret, nihil esset præteritum, nec futurum, verum, nec falsum, possibile vel impossibile, necessarium vel contingens, nec etiam posset esse: ex quo & oppositum sequitur evidenter, scilicet ipsum Deum, & sic aliquid præfuisse, esse, & fore, & similiiter alia posse esse per omnipotentiam Dei magnam. O quam necessarium est hunc esse, quem tam impossibile est desinere unquam esse, quem etiam

S. 3.

Anselmus.

Agostini.

qualitercumque non esse, contradictionem necessariam inveniatur & importat. Vnde dicitur A. Itan potest licet enigmatae circumspectio proprium nomen Dei, scilicet esse necessarium, tenuisse esse, quod debet intelligi de esse per se & de necessario summancessitate, includente videlicet repugnantiam contradictoriam non essendi. Quod autem si Deus esse desineret, nihil esset praeteritum nec futurum, ex isto capitulo patet, & quod nihil esset verum, neque vere esset aut non esset ex. 11^o & 12^o. cum nihil posset esse verum aut vere, sine primo vero quod est in Deo, ex quo consequitur quod nihil esset falsum, quia si vnum oppositorum esset falsum, reliquum esset verum, & quod nihil esset possibile vel impossibile, necessarium vel contingens patet per caput proximum. Omnia enim ista originantur a Deo. Et quod nullum horum etiam posset esse, patet, quia nullum istorum posset esse sine Deo; sed si Deus non esset, ipse non posset esse, quia si posset esse, esset sicut premissa in probatione prima. Suppositionis ostendunt. Reliqua vero partes vñque ad penultimam satis parent. Pro penultima vñque scindunt quod aliquid potest dici multipliciter non esse. Primo, ut futurum; secundo, ut præteritum; tertio, ut aliquid possibile esse, quod non erit, nec fuit; quartu, quod simili. Ceterum impossibile est esse, & contradictionem includens, sicut Chimara, vel commensurabilitas diametri quadrati & cõsider. Ponatur igitur cum Diagora, vel cum insipiente, tanquam absolute possibile, nec ullam contradictionem includens, Deum non esse: Si ergo Deus, non est, aliquo predicatorum modorum non est: Si primo modo, aliquando inciperet esse, & erit Deus nouus & recens; quare & erit Deus, erit ergo necesse esse & aeternus, sicut ostensione primæ Suppositionis ostendit; hic ergo contradictione implicatur. Sisecundo modo, Deus est præteritus & non præsens, & fuit Deus, fuit ergo necesse esse & aeternus, sicut probatio primæ Suppositionis monstrauit. Hic est ergo contradictione manifesta. Si tertio modo Deus non est & potest esse, ergo est & est necesse esse, sicut prædicta probatio plane probat; hic ergo contradictione importatur. Si quarto modo, quod potest esse non potest esse; est enim absolute possibile Deum esse, sicut premissa in ostensione primæ Suppositionis perspicue manifestant; immo & est necessarium simpliciter absolute, quod Deum esse si possibile simpliciter absolute, sicut præhabita in eadem ostensione demonstrant; hic ergo contradictionem includitur evidenter. Rursum Deum esse est necesse, ita quod ipsum non esse contradictionem includit; hoc enim evidenter ostendit probatio memorata: Dicatur enim possibile absolute quod necesse est absolute in consequentia formalis simpliciter contradictionis non includit; Impossibile vero & necessarium, seu necesse correspondenter sumuntur, &c. sicut ibi. Constat enim quod est possibile absolute esse aliquid tale necesse esse; quis enim hoc posito & admisso nequaquam faciliter ab omni se contradictione defendet. Amplius autem quam impossibile est aliquid, tam necessarium est aliquid, quam enim impossibile est contradictionis esse simul vera, tam necessarium est contradictionis non esse simul vera; & vniuersaliter quam impossibile est aliquid esse, tam necessarium est illud non esse; & quam impossibile est aliquid non esse, tam necessarium est illud esse, sicut posset faciliter demonstrari: sed neminem reputo hoc nescire. Est autem aliquid tam impossibile, quod ipsum esse verum contradictionem includit; est ergo & aliquid tam necessarium, quod ipsum esse falsum similiter contradictionem includit. Sed quid est magis necessarium quam Deum esse? quis audet dicere hoc vel illud, cum ipsum sit primum in genere necessariorum, & causa omnium necessariorum posteriorum; quare & maximè necessarium supra cuncta, sicut premissa capitula docuerunt. Hoc idem evidenter ostendunt multa corollaria 13^o prælibata. Idem similiter potest ostendit per viam veri & falsi, quoniam quam falsum est aliquid, tam verum est aliquid; quam falsum enim est aliquid esse vel non esse, tam verum contra est illud non esse sen esse; sed aliquid est tam falsum, quod ipsum esse verum contradictionem includit, quare & aliquid est tam verum quod ipsum esse falsum contradictionem includit. Sed quid est verius primo vero, sicut ratio iam præmissa, & priora capita manifestant? quid autem est simpliciter & naturaliter primum verum? Nonne, Deus est, sicut duodecimum demonstravit. Praeterea, si Deus non est, vere Deus non est; aliqua ergo veritate Deus non est, est ergo aliqua veritas; quare & prima veritas, quae est Deus: Sicut etiam aliqua veritas, vel aliquid omnino est, Deus est, quia illa vel illud necessario est Deus vel a Deo, sicut secundum huius ostendit. Si insuper Deus non est, ita est quod Deus non est, quia verum est quod Deus non est, quia vere non est: per aliquid ergo esse ita est; quod Deus non est, omnem autem res est primum esse, quod est Deus, vel a primo esse, sicut secundum demonstrat, ergo Deus est. Hæc autem videatur propositio Augustinus in Solido suis, & Anselmi Monol. & de veritate 11^o huius scripta. Et hæc videatur clare patere, quod qualibet negatio aliquam affirmationem implicat & includit. Nam qualibet negatio iunctio & includit, vere non esse, quod negat. Nonne etiam sequitur? A non

autem

A est B, ergo vere A non est B. De quibuscumque namque verum & necessarium esse videatur, vere hoc est illud, vel vere hoc non est illud; quare siue quicquam sit sue non sit, de necessitate Deus est, quia aliqua veritas. Adhuc autem si Deus non est, nihil vere est nec vere non est. Nihil vere est hoc vel tale, nec vere non est hoc vel tale, quia nulla veritate secundum præmissa; quare & quidlibet vere est & vere non est, & ille quidlibet vere est & vere non est quidlibet, [& qualelibet] omninoque. Amplius autem potest similiter argui per viam possibiliter, & necessariis; quoniam si Deus non est, possibile est ipsum esse, vel possibile est ipsum non esse; aliquam ergo potentiam est hoc possibile; aliqua ergo est potentia, & aliquod potens per illam, sic ex decimo quarto huius patet; aliquid ergo est, ergo & Deus. Si etiam Deus non est, necessere est ipsum non esse; falso est pro nunc, & necesse est ipsum non esse Deum; ergo aliqua necessitate aliquius necessarii existens, sicut eodem 14^o est ostensum &c. sicut prius. Item si Deus non est, aliqua est causa posita illius non esse, & prior illo, sicut 13^o huius monstrat, &c. sicut prius. Adhuc autem si Deus non est, nec creatura est, nec aliiquid penitus: est tamen ab soluto possibile creaturam esse & aliiquid esse; est enim in rei veritate nunc verum & possibile, & quod semel est, vel esse potest possibile ab soluto, semper necessario ab soluto est possibile ab soluto, accipiendo hos terminos sicut: *unus*, & sicut probatio prima. Suppositionis plenius hos exponit. Quod enim semel contradictionem formaliter, simpliciter non includit, nec vñquam; quia consequentia que aliquando de se & per se non est formalis simpliciter, neque vñquam; & quæcumque potest aliquando esse non formalis simpliciter, semper necessarii est non formalis simpliciter, sicut & quæcumque potest aliquando esse formalis simpliciter, semper necessario est formalis simpliciter, sicut nullus Logicorum ignorat. Quis enim ignorat consequentiam formalis simpliciter esse absolute necessarium consequendo? & cuius animus capiat necessarium absolute, posse fieri vel esse possibile secundum contradictionem ad esse & non esse, vel è contra? quis etiam dubitat quod C quicquid per se & essentialiter est aliquale, semper saltem dum est, necessario esse tale? Alias enim non esset tale per se, & essentialiter, sed per aliud, quod posset adeste & abesse ipso manente, & *accidentaliter*, cuius causa est, quia quicquid est quādū est, scipio, & tua essentia actualiter, carere non potest: Quamobrem & quicquid p[er] se, & de se essentialiter est aliquale, scipio dum est, necessario absolute est tale. Et hinc est ut puto, quod Philos. 1. Post. 4. dicit, quod per se impotens de omni & semper, sicut 2^o huius plenius recitat. Deo ergo non ente creatura & aliiquid potest esse; quare & creator & Deus potest esse, & si potest esse, est, sicut premissa hic & primò huius ostendunt. Si etiam aliquid potest esse, vere aliquid potest esse; ergo aliqua veritate, & aliqua potentia alicuius poterit: nunc entis; est etiam necesse creaturam posse esse; ergo aliqua necessitate alicuius necessarii existens, &c. sicut supra. Si insuper aliquid potest esse, hoc est per actum priorem, & aliquis est a suis prior natura potentia, sicut primò pars 1^o dicit, & per 3^o partem huius, necessarium est prius possibili secundum contradictionem: Ille autem actus prior, & necessarii illud prius, necessarii est à Deo, vel Deus. Si etiam creatura non est, illo non esse, & illa negatione est aliquid esse prius, & aliqua affirmatio prior natura, & causa illius, sicut 2^o pars, & 9^o 13^o ostendebant: illa necessario est à Deo, vel Deus: quod & evidenter confirmat 10^o & 11^o partes eius. Si ergo Deus non est, Deus est; & si Deus est, Deus est: Tu es ergo veracriter Deus meus, immo & nedum es, verum enim necessarii sim, es in tantum quod nihil aliud magis necessarii aut tam necessarii esse posset: Praeterea namque, qui solus vere es, vix illud est. Nihil enim aliud de se necessario est, aut ex se est, immo de se nihil est; sed ex te, per te, & in te, nec quippiam aliter esse potest. Nonne hoc vidit tuus secretarius Esaias, cum dixit, Quis mensus est pugillo aquas, & Cœlos Eſaias, palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis mōlem terræ, & libravit in pondere monies, & colles in statu? ecce Gentes quasi illa titule, & quasi momentum statu reputare sunt; omnes Gentes, quasi non sunt, sic sunt etiam eo, & quasi nihil sunt, & inane reputare sunt ei. E O Domine Deus meus, numquid hoc famulo tuo familiarissimo Moysi indicasti, quando ei nomen tuum querenti, tanquam pro nomine tibi propriō respondisti: Ego sum, qui sum, sic dices filii Israel, Qui es, misit me ad vos? O Domine Deus meus, quām admirabile nomen tuum; vere Domine admirabile quolibet nomen tuum, sed quām admirabile specialiter istud nomen? Hinc & aliud Moses sapiens, & Sapientes, quibus credita sunt eloqua Rabbi Mose tua, fecut, dicit quod omnia nomina tua transmutantur ab operibus, præter vnum quantum significare possunt, & inde recipiuntur. Greci dictum, quod ut dicit, significat substantiam tuam puram, non participando aliquid alienum, quod se deinceps nomen tuum separatum vocatur; quapropter & dignè reverenter tanta fuit, ut non nisi in Sanctuario dictum, & a Sacerdotibus tuis sanctis, & hoc in die tereti, in benedictione Sacerdotiali, a maximis

maximo Sacerdote. Nac docebat hoc nomen nisi discipulum ad hoc idoneum, & semel in septimana, non amplius. Dicitque hic Moses dux dubitatum, & tamen dubium in hac parte, & fortassis significat super ratione necesse esse quod & puto te, Domine, priori Moysi, licet sub nubilo ostendisse, quando dixisti, Ego sum, qui sum, sic dices filii Israel, Qui est, misit me ad vos. Hoc nomena mihi est in eternum, mihi inquis. Dicunt Grammatici tui, Domine, pronomen in oratione non debere causa discretionis, aut significandi facienda; Cum ergo dicis, Mihi, videris innuere hoc nomen discrete tibi competere, quia tibi soli per te solum, & non per aliud, quia tunc possum illius alterius nomen esset, & nulli alijs nisi per te; aliter enim ita esset nomen alterius sicut tuum: Quare & similiter ionius, vt opinor, tibi significanter competere nomen istud, excellens scilicet quam alteri cuiuscunq;. Dixisti similiter, Domine, quod istud nomen est tibi in eternum, non dixisti, est nunc, sicut prius, erit posterior, sed est in eternum; Est autem in eternum, sive fuisse, aut fore, & sic per se esse, quid melius significare videtur, quam stabilitatem, immutabilitatem, & firmissimam necessitatem essendi. De cuiuspiam etiam me Doctor dulcisime in capitulo precedenti, quod necesse esse praecedit quodammodo, sicut balbutiando vix possum exprimere, quodlibet alius tuum esse; vnde & sequi videtur ipsum esse primum, & summum tuorum nominum divinorum. O Domine, Pater meus, vt sis tuum puerulum [pauulum] coram te pueriliter ludere; Ecce video necesse esse, tua prudenter disponeas, ne dum in significacione nomini tuo magno tetragrammaton conuenire, verum & quodammodo in numero literarum. Habet enim tantum quatuor literas, quatuor species literarum. O necesse esse, propter nomen tuum sustentabilissimum meum esse. Super te totus temporis innitat, fulcit, te conforter, totis præcordiis tibi adhæreat, totis virtutibus tibi inhæream, tonus in te transformet, eternaliterque confirmet. Contra hanc autem fortassis obiectio: quisnam ita; Si voluntas diuina sit causa futuritionis in rebus, causat futuritionem in eis; aliquando ergo hanc causat. Prius ergo res aliqua non fuit futura, sed tunc incipit esse futura. Item si voluntas diuina esset causa futuritionis omnium futurorum, esset causa veritatis omnium Propositionum verarum, etiam contingentium de futuro; & cum voluntas diuina libere vellet ad extra, posset circa futura contingencia nibil vellet; quod si faceret omnes propositiones huiusmodi de futuro, omni veritate carerent; essentque ambo contradictionia in talibus simul falsa, quare & similiter simul vera. Sed haec argutie si procederent, etiam demonstrarent Deum de tua omnipotencia absoluta, non posse facere quicquam fore, seu quicquam esse futurum, cum tamē multa sit possibilia fieri immediate ab ipso solo, que nonquā habent ab eo, quæ si vellet fore, necessario forent & essent futura per se. & non nisi per voluntatem diuinam; Imo & secundum sp̄ientiam istam terrenam, Deus nullum futurum posset quomodo libet impediare, facere non fore, nisi per deductionem eius ad esse, facere scilicet ipsum nonquā fore, esse, aut fuisse. Sed quare non posset Deus omnipotens actum futurum impotentis hominis, & creaturæ alterius impeditre, & aliquem actum suum futurum non facere, contra primam Suppositionem, octavam partem, 32. & 34. Corollarij primi huius, & contra Prophetam dicentem, quod Deus libere egit, quare & agit, & agit simili libertate. Siquis tamē ista directere volueret solvere, respondendum quod Deus causatione æternæ, scilicet volitione æternæ immutabili, & infrastrabilis omnimodo facit futura esse futura. Quare & Aristoteles in Mundo 11. ostendit, quod omnia quæ sunt in Mundo, sunt verè opera Dei, subiungit, Ex quo; [id est Deo] secundum naturalem Empedoclem, omnia quæcunque sunt, & postmodum erunt, processerunt, quasi dicaret cum Propheta, vel Propheta cum eo, Qui fecit quæ ventura sunt, sicut & Pater causatione & generatione æternæ filium suum eternum causat & generat. Replicabis fortassis, quod esti secundum præmissa, res futura in nullo instanti, mensurae temporis incipit esse futura; in aliquo tamen instanti, vel mensura, vel ligno originis, ordinis, seu natura incipit esse futura, quod non magis videatur illius, quam de illis. Sed si ad vix verbaliter, etiam realiter obviat supradictis. Dicpit enim fortassis significatio verbi (Incepere) significans cum tempore, cum fluxu, & successione temporalis measuræ, & inceptionem tantummodo similem temporealem. Si autem ita tantum significet, obiectio non oblitus. Si vero verbum (Incepere) possit viciisque sine offensa locutionis communis, & Autorum transferri ad significandum præcessioneum, causationem, organizationem, & ordinem qualcumque, non temporis, sed naturæ non vigore cur non posset concedi, rem incepit esse futuram, habuisse videlicet causam sine futurionis, ipsam naturaliter, causat, & obviat præcedentem, sicut prehabita dicitur. Venit namen sic loquendo, non aliter incepit res esse futura, quam semper continue incipit esse futura, dum manet futura, sicut eterniter fuisse, & esse de pede puliere, & vestigio semper tenet, de Pato & filio temporis, quod Augustinus obstat ea originis a leuerat; si tamen

A tamen in illa ineffabilitate, his sic inceptionem qualiter affirmare, qualquam generatio filii videatur principari, seu initiari, quodammodo a Patre, tanquam a termino a quo procedit, & termino in filio velut in termino ad quem tendit. Quis enim regnauerit Patrem esse principium filii? Nec reputo quemquam tam proteruum, ut negetur omniro fatura aliquam "futuritionis" habere, dicatur quod sit. Tu cures, & quilibet præpositio vera de futuro sit primum principium & primum verum impliciter, aut ipsi capitulo seu compar in ordine venias, præmissis capitulis intellectis. Quis etiam negare præsumptam voluntatem diuinam est, aut esse posse causam prædestinationis, electionis, & salvationis sanctorum. Ad alteram autem argumentum quidam forsan responderent, quod Deus potest suspendere omnem suam voluntatem sua circa futura, & non futura quæcunque, & sic facere quodammodo nihil esse futurum, juare & facere quamlibet affirmationem huiusmodi esse falsam. Sed eti⁹ Deus possit facere nihil esse futurum, & nullam propositionem de futuro sit, sp̄ecie categoricam esse veram, non tamen potest facere, quin quilibet disuincta, inter se tamen affirmatiua, & suam oppositam negatiua sit vera. Nullius ergo disuinctus huiusmodi veritas, à diuina voluntate dependet, sed eam præcedit naturaliter & necessario ut videatur, quare & alterius partis veritas ut appareat. Ideo forsan dicetur, quod res futura, puta A, de se & per se non est futura, sed est non futura, & hoc antecedenter voluntati diuina: Nulla tamen res est futura, nisi antecedenter à voluntate diuina, nec hoc contradicitur includit. Sicut narrat, secundum Philosophum contradictione temporalis dicitur, esse pro eodem tempore, seu instanti, sic & contradictione naturalis pro eodem ordine, instanti, seu signo naturæ. Non ergo contradicuntur, quod A primo antecedenter voluntati diuina de se non sit futurum, & secundo subsequenter voluntati diuina, & per eam sit futurum, sicut nec ista; istud autem generatione seu creatione futurum non est, & nunc post est. At forsan melius dicitur, quod quilibet præpositio vera de futuro, tam negativa quam affirmativa contingens diuina subiecta voluntati, & ab ea originata, causat, utque dependet. Omnis namque talis præpositio libertatem quādam importat; Primum autem principium liberum est à voluntate diuina, sicut corollarium decimi huius monstra; ibi est ergo principium primum, & causa cuiuslibet alterius libertatis. Adhuc autem si pars huiusmodi negatiua nequam voluntati diuina subiecta causat, utque præcessit, ipsa est de se naturaliter determinata, & necessaria quodammodo, nisi quæcūq; impeditur fortassis a voluntate diuina. Quapropter in talibus negativa & affirmativa non cetera ex parte rei contingens ad vitumlibet, & aequaliter, neque tales affinitatiue, & negatiue conueterentur aequaliter per oppositas qualitates, quod nullus non negat, neque Philosophus I. Prior. Imo tales propositiones potius de contingentia, non de contingenti in pluribus vel in paucioribus, quam de contingenti ad vitumlibet sive aequaliter dicerentur. Infinita namque plures huiusmodi negatiua, quam affirmativa sunt vera, sicut infinita plura possibilia non futura, quam sit futura, sicut & sunt de se naturaliter non futura. Quod enim de se est indifferens ad ambo opposita, ad neutrum determinatur ex se solo; sed quodlibet possibile esse & non esse, seu fore & non fore, aut contingens ad vitumlibet, sive aequaliter ad haec & illa, vide utr̄ est huiusmodi: Potest enim esse & non esse, fore & non fore. Talis insuper negatiua contingens vera de futuro, puta B non erit, vel est per se vera, & res illa non futura sine alia causa sive non futurionis quacunque, vel per aliud, & per aliam causam primum: Spero, ergo semper & necessario ut videatur, per secundo huius præmissa. Secundum quoque, B non est, est primum principium complexum simpliciter, cœtra I. & II. huius præmissa. Si insuper illa negatio non haberet causam priorem, simili ratione nec illa ut videtur. Sed quodlibet ens vel non ens, quicquid non est, per se non per causam priorem illud non est, quod enim per se non est, per se non est substantia, quantum, nec quale contra proximum huius præmissa. Nonne & pars, 310. & I. proximus istud ignoramus, ut per nos Deus, nec aliqua creatura potest facere aliqui non esse futurum, nec qualiter non esse. Sed quis non videntur sic non esse? Quare & Augustinus 26. contra Faustum 3. Deus, inquit, quod facturus erat, vixit, fecerat, & ideo simul facturus illud futuri non fuisse, quod ne fieret facturus erat. Negationum quoque de quibus minus videatur, est alia causa prius, harum videlicet, Chimera non est. Tragelaphus & similius, sive proximum huius docet. Nonne huius secundum proximo huius scripta, si Deus vobis quicquam fore est causa futurionis, & Deum nolle quicquam fore est causa non futurionis illius? Erat quis dicit, in primis, quod B non est per se solum non futurum, sed per aliquam aliam, e.g. priorem, illud invenit, id est, Deo. vel reducitur ad aliquam causam, vel reducitur in eo, & illa causa in Deo, ut est diuina, est omnipotenta, vel intellectus voluntatis, utrad Dei, semper, vel est diuina voluntas. Si diuina est intenta, potentia, vel quicquid voluntatem eius vel

minime
scilicet
quoniam
liber

precedit, cum causa illa sit *merē necessaria* in essendo, & similiter in causando, sicut ex corollario decimotertio pater, *b* cuius *de necessitate non futuris*, contra hypothesis, sicut Chartula de *accidere non futuris*. *c* autem causa illa sic diuina voluntas, sicut diuina voluntas est causa futuriorum, *quaeruntur* contingenter, & libere futurorum, sicut non futuriorum similiter minime futurorum. Neque verum videtur, quod dicatur in primis, *Deum videlicet posse suspendere omnem actum voluntatis sive circa futurum*, & non futura quicunque, In modo necesse videtur quod circa quicunque futurum, vel non futurum, *imō & circa* quod *deinde obiectum* solubile vel nolabile habeat aliquem *actum distinctum* & proprium voluntatis. Nam quomodo aliter esset summus, seu summe actus actiosus aut etiam actualis, sicut prima Suppositio, & *tertius* corollarium prius docent. Nec hoc a voluntate diuina libere secundum contradictionem dependet, sicut nec in *tertia* summe actualiter immutabilem, & perfectum, sed est *necessarium* absolute, quare necesse est, quod *cuilibet contra dictio*nem huiusmodi velis specialiter unam partem alteram vero nolle. Quapropter & quod sic volendo verisimiliter quoniam inter partes contingentiales, Ne utram partem aliud *contradictionis huiusmodi* necesse est simpliciter Deum velle, nec etiam Deum nolle, sed quoniamlibet tamem partem potest libere secundum contradictionem velle & nolle: Vnde & evidenter apparet quod quoniam *differuntia huiusmodi* sit *necessariae implicitae* *absoluta*, & antecedente naturaliter voluntatem diuinam; ita videlicet quod *necessitas eius aut veritas diuina* non subiaceat voluntari, neque contradictione liberrati, aut huiusmodi libera potestati, utriusque tamen partis eius veritas aut falsitas sic eius subiicit voluntati causata, originat, & naturaliter, ipsa posterior ipsam sequens, sicut & Deus vult *necessarium* simpliciter hoc aut illud, *A & B* contradictionis contingentibus demonstratis, ne utram tamē horum vult *necessarium* sed maximē liberē maxima contradictione libertate. Adhuc forsitan sic inflatur; Si voluntas diuina sit causa futuriorum, & non futurio*ris* rerum, ipsa est causa veritatis huius disiuncti*ux*, hoc erit, vel hoc non erit, quae sit *A*; quare & naturaliter prior ipsa; In illo ergo instanti seu signo priori causa, originis, seu naturae, quod sit *B*, aut in instanti, seu signo priori *E* non est *A* verum, aut posset non esse verum, cum tamen sit *necessarium*, absolute. Sed haec argutia quem moueat aut concurbet: Nonne probaret similiter *B nullam causam* sive veritatis habere, nec Deum esse, aut aliquam aliam propositionem else naturaliter prius veram, sed ipsam else principium principium, aut ipsi eoz quale scire compat in ordine veritatis, quod *precedentia non permittunt*: Nonne & probaret similiter intellectionem aut verbum Dei nullam causam habere, aut posse non esse? Posunt autem & hic responsu*culæ* quedam singuli, quales secundo huius, tertio, arque quarto, & destrui sicut illæ, iuvante corollario non huius.

C A P. X V.

Quod res scitæ non sunt causæ Diuinae scientiae



Videtur autem ignorantie nebulis circa diuinam scientiam prius eius lumine dissipatis, nunc superest ostendere eodem lumine dirigente, quod res scitæ non sunt scientiae Dei cause. Scire namque est magna perfectionis in Deo: Si ergo scientia Dei causatur a scitæ, ipse recipit perfectionem ab alio, ergo non est ex se summe perfectus. Item, tunc non esset per se sufficientissimus; indigent enim scitæ quibus posset suffragia sua scientia mendicare: quo modo ergo erit incomparabiliter gloriosus, qui mendicans suffragia gloriorum, quod etiam destruit, pars corollarium, primi binariorum, & quedam præhabita quinto huius. Item si scitæ non sunt causa effectus diuinae scientiae, præcedet illa, tempore, & natura, sed quomodo, cum temporalia, hoc aeterno, hoc autem ratio parva apud Doctores, amplissimum est famosus. Si enarrata sit, & cur aliquo modo patetur ab eis, contra teorem partem corollariorum primi binariorum, quare scilicet nisi patetur effectus rationis illius. Quapropter & esse quoquomodo inferatur ignobilis nobis est sapientia, & intellectus diuinae scientiae, id est, Dei, neque cum ratione aliud sit nisi scientia eius. Quare & Ammonius

C A P. 15.

De causa Dei.

215

A tur & de terminatur per aliud, sicut nos est actus summus nec primus, quae omnia prima. Suppositio cum tercia parte corollariorum primi huius destruit & reficit. Ita autem videntur rationes Philosophi 12. Metaph. 51, ubi appetet probare Deum non intelligere aliquid aliud a seipso, non tamen hoc intendit probare, sed probare principiarum ibidem. Primum est quod Deus non intelligit in potentia, quemadmodum dormiens, quia tunc non est intelligentialis & in lignis. Secundum est quod ipse est sua intelligentia, id est, suus actus quo intelligit. Nam aliter esset in potentia, nec optima substantia; Per intelligere enim honorabilis, id est, per actum intelligendi, diversum ab eo, habet intelligentis honorem. Tertium est quod Deus non intelligit aliud a se, ita quod patitur & perficiatur ab eo, tanquam a causa, sicut Intellectus noster ut patet in principio capituli manifeste. Postquam enim prius ostendit primatem, immaterialitatem, perfectionem, & unitatem Dei, volens consequenter ostendere, quomodo Deus intelligit, subdit dicens, Quia autem circa Intellectum, habent quoddam dubitationes: Videtur quidem enim apprehensum diuinitatum; quomodo vero habens tunc est, utique habet qualiter difficultates. Vbi Averroes, quoniamodo &c. Quod non est in hoc, quod Deus debet esse perfectissimum, & nobilissimum omnium; sed quod non est, quoniamodo est hoc, quod est in fine perfectionis in se, secundum quod est talis dispositio scilicet Intellectus Igitur iuxta istud primum loquitur per r. unum capitulum, consequenter ostendens, quod Deus non intelligit aliud a se, ita quod Intellectus dicitur patitur ab eo, tanquam a causa, sicut Intellectus noster perficitur ab alio patiendo, sicut ex 3. de Anima patet. Vnde Averroes v. prius. Si intelligit aliud, tunc substantia eius non est actus eius, sed potentia, quia sit illa actio: quapropter perficitur necessaria per hanc actionem, sicut Intellectus perficitur in nobis per id quod intelligit. Non enim ergo substantia nobilissima omnium entium, quia nobilitas non est ei, nisi quia perficitur per aliud, quod aliud necesse est ut sit nobilis eo, quia intellectum est perfectio intelligentis. Et infra eodem, exponens illum extum suum: Et si alterius, quid est illud quod est unum, & non aliud, sic dicit: Et si intelligat aliud, quid est illud quod semper est suum esse, & unum sine alio; hoc enim non est, quia est scilicet intelligentia per se alterius est contrario illi quod possum est de primo principio, scilicet quod semper est, sine hoc, quod indiger altero. Et cito post ista, impossibile est ut Intellectus eius perficiatur, per quodcumque sit: Aliud enim quod intelligit quodcumque intellectus eius consequitur illud, & est sub eo in ordine; sed Intellectus dicitur est valde nobilis & perfectus. Et subdit Aristoteles consequenter: Palam ergo quod diuinitatum, & honoratissimum intelligit, & non transmutatur, scilicet per aliud de potentia ad actum, sicut Intellectus noster, quod dupliciter probat statim: Primo sic, Intellectus cum transmutatio non omnis transmutatio in quocunque est in indignius, sed triplex solo de necessitate sit esse, quoniam in eaque dignum, vel dignius transmutari non posset, cum nec sit, nec esse potest quicquam tale: Idem secundio sic probat: Et natus quidem iam D' tale, scilicet transmutatio de potentia ad actum; fed ostensum est prius supra 38. & alijs locis multis, ipsius est immobilem omni modo. Vbi Averroes, Cuius Intellectus est exiens de potentia in actum, scit est de nostro Intellectu, Intellectus eius est motus, & omnis motus est a motori: quapropter primum patitur, & mouetur ab alio; quod reputat impassibile manifestum. Et hinc eodem, deducit ad hoc impossibile: quod perficiatur per vilium se, & subdit: Manifestum est quod principium nobilissimum non acquirit nobilitatem nisi per suam actionem, quia etiam aliud in eius intelligentia non acquirunt nobilitatem nisi per actionem intelligentis. Sicut primum intellectus vilis, ut scilicet quod perficiatur ab eis, continetur ut sua nobilitas sit intelligentia viva, ut scilicet quod acquirat nobilitatem ab eis: Quapropter & illa actio est vilissima actionum: Vilis enim est caro nobilis Principi nobilitatem suam ab ignobilibus subditis medicare. Erat autem quodlibet vise in nobilitate est vilis, in ipso est vilissimum, cum si nobilissimus omnis & honorabilis vnueris. Quare & Commentator in nro exco meo, sic dicit: Hoc nomen (scientia) a quoque dicitur scientia sua & nostra; sua enim scientia in causa eius, eni autem nostra scientia: Patet igitur ex predictis, quod ignorantia & Averroes est, Denim non intelligere aliud a se quo patitur, vel quod sit causa intelligentis diuinae, quod & expositiones aliorum similiter attestantur: Nullus igitur alius tantum Philosophus, in tum foliis in trinitate tam nuptiis delirasse, & vel intercedere Deum non omnino cognoscere, nisi tam in modo semicupsum. Dicit enim Averroes in principio illius commentarii, Ita quod est non nobilissima omnia que sunt de Deo, scilicet scientia, quid intelligit, & est de fiducia ab omnibus deinde. Amplius autem Intellectus scientiae: Aliud enim est scientia, & anima, & tunc quod, Estantib[us] tripli sunt quantum scientias, id est, Dei, neque cum ratione aliud sit nisi scientia eius. Quare & Ammonius super

Dionysius.

Ecclesiastici.
25Alio trans-
lano. Non
igitur pre-
pariam ha-
bet, &c.

Algazel.

Aureliana:
Iohannes.
Scotus.Iulianus.
Amorius.

Iulianus.

Iulianus.

Iulianus.

super i. per nomenias vlt. dicit, quod Du. habeatur in illam contingendum, velut omnia. A. que in Mundo, producuntur, & cause aut concavas omnium existentes. Et infra; Cognoscere, inquit, contingentia, ipsorum natura est, propriet quod huc quidem in determinata tradentia naturam, prout quae est suorum, & non eueniunt; illos autem velut modo nobiliori, quam sit ipsorum natura cognitio, illorum praaccipientes determinant & huc scire. Etenim res partibus impingebiliter, & indistincte cognoscere ipsos est necessaria. & plurificata veitio, & temporalia & mortaliter, & generabilia in generabiliter cognitionem, inquam, illorum praaccipientes, ex prioribus, scilicet causis & principijs, videlicet, ex se ipso, non ex rebus posterioribus quibuscumque. Cuius & concordanter tam in sententia, quam in modo loquendi Dicayus de Diuinis nominibus septima, Diuinus animus omnia continet, omnibus remota scientia, iuxta omnia causam in seculo, omniu[m] scientiam prazambians, priusquam Angeli fuerint, sciens, & adducens Angelos & omnia alia ab inuis, & ab eo, vt sic dicam, principio sciens, & in essentiam ducens. Et hoc arbitriu[m] tradere eloquum, cum sit, Sciens omnia ante generationem eorum. Non enim ex existentibus existentia dulcens nouit Diuinus animus, sed ex ic & in seculo, & in aliis translatiis, & cognitionem, & essentiam praesent, & ante eti ambiuit, vbi alia translatio, probabet, & prazcipie. Et sequitur, Non secundum specie n singulari contemplans, sed secundum unam cause circumstantiam omnia sciens & contineat, sicut & lux secundum causam in seculo cognitionem tenetrum prazambuit, vbi alia translatio, nezcepit: Et sequitur, Non aliud videt in tenebris quam in lumine. Semper igitur diuina scientia cognoscens, cognoscit & omnia, immaterialiter materialia, & non paritate parita, & multa vnuersaliter vbi alia translatio, & indubibiliter divisibilia, & multa vnitate: Et sequitur, Ipso uno omnia & cognoscens, & adducens. Etenim si secundum unam causam Deus, omnibus existentibus esse tradit, secundum eandem vnitam causam scit omnia, vt ex ipso existentia, & in ipso ante subtilitate, & non existentibus accipiet eorum scientiam, sed & ipsi singulis scientiam eorum erit largitor, C non videntis Deus propriam habet sibi scientiam, alteram autem communem existentia omnia comprehendens: Ipsi enim seipsum omni modo cognoscens colloquio vbi corum que ab ipso sunt, & quorum est causa ignorante. Hacigitur Deus existentia cognoscit, non scientia existentium, sed ipsa sua, vbi alia translatio ita habet; Ipsa omnium causa seipsum cognoscens vacat alicubi, si ei quae sunt ab ipsa, & quorum est causa, ignorauerit. Hoc idem ostendit Algazel 3. Metaph. sententia septima, & tunc multa sic dicit; In necesse esse nihil est in potentia. Restat igitur, vt dicamus quod cum praescire ordinem vniuersitatis, est causa fluendi ordinem vniuersitatis ab eo. Autem quaque 8. Metaph. 6. & 7. probat idem. Item Iohannes super 1. Sentent. dist. 39. Quasi. 2. adhuc ratione Averrois praetext, dicit quod vera non moueat intellectum diuinum ad apprehendendum talen veritatem, quia tunc intellectus diuinus vilesceret, quia patueretur ab alio ab essentia sua. Amplius autem Deus omnia facta facit, tertio huius teste, & non sine scientia propria precedente, per quin- tum istius; Illa autem scientia Dei precedens, & terrenaque precedens, a posterioribus & temporalibus rebus factis fieri nolquam potest. Item praeterita & futura omnino non sunt, ergo omnino nullus causavit in scientia Dei. Ergo, nec praesentia, quia non aliter ex parte Dei cognoscuntur ab eo quanto sunt praesentia, quam quando erant futura, vel etiam praeterita, cum Deus sit immutabilis omni modo, sicut capitulum quintum docet. Item tunc pure non enia non cognoscere, cum benitus nihil causent. Item tunc Deus pateretur a rebus necessario, quia necessario scit omnia, quod videatur eius summa liberatem etiam terum vilissimum subiecte seruiti. Item tunc a refutandi & perfectioni magis pateretur, & magis illam cognoscere, & cum res quando haberet esse praefacta habeat esse perfecta, quam quando haberet esse tantum potencia & futuram, sequitur quod Deus non magis cognoscet. Petrum, quam ab initio cognoscet, & si quid crederet, vel decrecerat aliquam entitatem, crescere similiter vel decreceret in cognitione diuina, quod eius immutabilitas non permittit. Item E tunc Deus non est primus in genere cause efficientis, quoniam nihil efficit nisi per cognitionem. Sibi namq; P sal. 103. ita psallit, Omnia in sapientia fecisti; cognitionis autem eius principium effectuum est res cognita, ergo naturaliter est prior tali cognitione, ergo & omnis operatione procedente ab illa. Item sic ad idem. In omni ordine mouentis mouens non in modo prius est mouente moto, vt patet ex parte proposito. Philos. 3. de Anima 54. & per Aver. similiter in Com: se res cognita est mouens intellectum diuinum non est, sed intellectus vero videntis mouens & motus: ergo res cognita est primum efficientis & primum mouens simpliciter, & non Deus. Item autem Deus non est omnium prima causa, non enim causa est ex parte causa nisi sapientia disponente, & huius est causa prior, scilicet ipsum scientiam, quod magis patet de

Autoris: A ente iste non est causa praeexistens Dei, & Deus non est causa praeexistens A. & sciu- rum, quia non potest ignorare causam. Tunc A. tunc interum, etiam philosophus prima causa: imo & cum praeexistens Dei sit sic est effectus, quod nullo modo causa, causatur ab alia causa priori que non est Deus, quae omnia ab omnibus Philosophis, & Theologis ve- numittere condemnantur. Item contingentia ad vitrumlibet non sunt de se, ut regis determinata ad vitrum partem quam ad aliam, quia tunc non essent ad vitrumlibet: ergo non possunt de se determinatae causae in Deo cognitionem vniuersitatis, nec alterius, ergo illa non sunt causa diuina Scientia vlo modo. Item si sic, Deus non est causa efficientis seu mouens in illa motione qua mouetur a scibili, contra tertium huius & quartum. Item tunc res habet hoc, quod non sit motio Dei a se sola, non a Deo; Deus enim non causat aliquid nisi scientia praeexistente, nec Deus est causa talis scientiae. Hoc est motuum, seu mouentis, quae repugnat prahabitus; 2. 3. & 4. manifeste. Item si res cognita est causa cognitionis diuina, causaret eam secundum modum suum effendi; quia secundum Philosophum 1. Metaph. V. ouiquod Philosofus. que sic habet: vt sit, ita ad veritatem, quare & ita ad cognitionem causatur ab eo. Ergo res causa est mensura scientiae Dei naturae prior eo: Huius enim est mensura prima alterius, secundum quod alia primaria mensuratur. Quod etiam patet per Philosophum, 10. Metaph. 5. dicentem, quod Scientia & sensus magis mensurantur a rebus scibiliibus & sensibiliibus, quam eas mensurant: quia secundum Auctorem ibi, scientia & sensus sequuntur entia, non est contra. Et est hoc verum communiter de omni scientia, quae causatur a se ipsis. Non enim eo quod scitur aliquid tali scientia, sic est ex parte tui, sed est contra. Et hoc patet in expozitione illius loci secundum 8^m. Thomam; vidi & sic addic: Si qua vero scientia est, quae est causa rei sciti, oportet quod scientia mensura, vt scientia artificis est mensura artificiari, quia vnuinq[ue]dque artificatum mensuratur secundum h[oc], quod perfectum est ad similitudinem artis, & hoc modo se habet scientia Dei respectu omnium. Hoc etiam sedis potest probari ex 11^m processu Philosophi, quo nam sit in omni alio genere est, vna mensura prima naturaliter omnium in tali genere contentorum, ita est in genere scibiliuum; sed talis mensura praefer digitum scientiam nulla poterat signari: Apud quem enim melius ponetur mensura scibiliuum, quam apud illum qui per suam sapientiam, cuius non est numerus, nec mensura, omnia in mensura, & numero, & ponderi disponet, Sapient. 1. Vide & Esaias 40. Sapient. 11. Esaias 40. C. Sicut mensura pugillo aquas, & ccelos palmo ponderavit: quis appendit tribus digitis molle terrae, & librauit in pondere montes, & colles in statua? Videatur namque numeri indecens & indignum, vt artificatum mensuram daret artifici, & creature metas ponet. Creatori. Vnde Boetius 3. de Consolatione Philosophiae, prosa 1. dicit; Indignum esse, si scientia Dei causa futura nostra praestare dicatur. Hac enim scientia vis praesentaria notio ne cuncta complectens, rebus modis omnibus ipsa constituit: quod & statim probat per aliam rationem: Nihil vero, inquit, posterioribus debet, quam a geerissimo modo; Omnis tra- bens bonum ab aliquo primo, debet ubi aliquid, vt gratiam vel amorem: sed Deus n[on] debet posterioribus, ergo nullum bonum habet ab eis. Vnde Apostolus ad Rom. 11. Quis prior dedit illi, & retribueretur ei. Et ex hoc verbo, posterioribus, posse est aliud argumentum; quod res scientia causa diuinae scientie, cum causa sit prior naturaliter causata; res scientia est priores naturaliter scientia Dei, quod videtur absurdum, cum ipse sit primus, & nouissimus, principium & finis. Hoc idem probat supra codem, prosa 3. pulchre & diffusè: dicitque: Neque illam probo (id est, approbo) rationem, quae se quidam credunt, hunc questionis nodum posse dissolvi. Aliunt enim, non ideo quid esse scientiarum, quoniam illud prouidentia futura esse prospexit, sed & contrario potius, quoniam quid futurum est, id diuinam prouidentiam latere non posse, cum rationem ponit, dicens: Quoniam praeposterum est ut arteria praefacta calium rerum cauientis causa esse dicatur, quia causa prior naturaliter est causa facta? Ponitque statim aliam rationem ad idem, cum dicit: Quid autem est aliud arbitrii, ideo dicam tunc, quoniam illa non cuncta, promovet, quam putare, quia omnia accidetur, causa summi illius esse prouidentia. Dicique Petrus Lombardus, 1. Sentent. dist. 45. t. quod Lumbardus. illius cunctetate non est item praedestination est eterna, ergo nulla est causa generationis illius, ergo figura non sunt causa illius. Adhuc autem ad idem. Si scita est esse diuina scientia, potius in illius adiudicent enim in legendendo, & darent ibi consilium, & ostenderent illi agendam, & si quis homo, vel animal, & se adiutor necessarius, consiliarius, & doctor sapiensissimi Dei nostri, quod omnes auctores Catholicos rati pupillar vel audire. Tunc quoque quod hoc plane determinat, ita dicens: Quis adiuvat spiritum Domini, aut quis consilium eius currit, & ostendit illi, quo in consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam ihu,

*line. & eruditum cum scientiam & viam prudentie ostendit illi? Quem sequens Apolos
ius ad Romanos vndeceim. ha. quæcumque. quis conaturus eius fut: aut quis prior deducit illi
& terribilitur ei? Hoc etiam probat Anselmus de Concordia, Ixto, per rationem sumpta-
tam a prioritate causationis prius factam: cui & concordat Hugo De Sacramentis
libro primo part. quarta, capite primo. Item Augustinus: de Causâ Dei. decimator. Ad
omnia quippe scienda quæ sit: sufficit illi la perfectio: inuenias autem creaturas suas,
spirituales & corporales, non quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit. Non enim
nesciunt, quæ sunt creaturas. & supra o. capi. vii. ita dicit, Cum decadant & succedant
tempora, non decedit aliquid vel succedit scientia Dei. Non enim haec quæ citata sunt, ideo
sciuntur a Deo, quia facta sunt, ac non potius ideo facta sunt, vel mirabilia, quia imputabili-
ter ab eo sciuntur. Item 13. Confess. vi. sermonem dispensans dicit; Nos ea, quæ fecisti, vi-
deras, quia sunt, tu autem quia yides, ea sunt; & supra 7.4. ~~Quod~~ propositum tibi, qui nosci
omnia & nalla natura est, nisi quia nosci cam.*

C A P. XVI.

*Contra quosdam dicentes, quod res scitæ sunt causa, fine
qua non diuinæ scientiæ, sed non causa.*



Philosophy

- A quod est Causa fortuita, accidentis, & ibi interpretatio modis pater specialiter de fortuita per hanc premissa. Quod vero causa accipitur passiu, secundum efficiendum & causatum, etiam non minus tunc indicatur videtur. Causatum appetit lignificare passiu; Quid enim est causatum nisi quod cadit ab alto, sicut effectus a causa, & ratione & concordanter dicimus. Mirabilis causa accidit, seu contingit tali viro. Quapropter & definitio causus a Boetio recentita, dicit: Causa est in operatione ex conuentibus causis, in his que ob aliud geruntur, euenientum; Cui & concorditer Augustinus recitat: Nihil sequitur, aliud in rebus causum vocamus, nisi cuius ratio, & causa secreta seu in occulto sit. Causa autem actionis secundum efficientiam & causam acceptus potius, & videtur causario seu causante dicere. Quod etiam fortuna suratur passiu, & secundum efficiendum & causatum, videtur similiter ex conuero modo loquendi. Dicimus enim communiter mirabilis fortuna prospera, vel aduersa accidit tali viro, volentes dicere quod aliquod in fortunum vel infortunium ipsi acciderit. Vnde & Philos. 1. Ethic. ostendens quod felicitas non consistit in bonis fortuna, quia ipsa permanens, & nequaquam facile transmutabilis, fortuna autem /contrariae; 1. 5. dicit fortunam multoties recirculari circa eosdem, recirculat, inquit, passiu; *Erit infra 15.* loquens de Felice, cui contingunt prospera vel aduersa; Ut, inquit, *Vt bonum & sapientem omnes existimamus, fortunas decenter ferre.* Quare & Augustinus superius recitat, dicit quod nomine fortuna noluit intelligere aliquid deam, sed fortunam rerum euenientium. Adhuc autem consideratis superioribus, differenter videtur: quod fortuna actu secundum efficientiam & causam accepta, potest vterius subditum. Potest enim sumi pro causa quae agit ex proprio ad aliquem certum factum, & causam finem ait, non intentum, sicut loquitur Philosophus 2. Phys. de ipsa, & sic tantummodo competit causis inferioribus, Deo autem nequaquam, sicut praehabita monstraruerunt. Potestque accipi pro causa secreta nobisque occulta prae cognitionem, integracionem, & opinionem nostram, licet non tuam, quipiam producente; & sic potest competit causis inferioribus, & similiter superioribus, Angelis atque Deo. Vnde Philos. 2. Phys. 47. Subit, inquit, quidam quibus videtur esse quedam causa fortuna, immansita autem huic humano intellectui, tanquam diuinum quoddam ens & felicis. Itam quoque sententiam corroborat August. 5. de Civit. Dei 9. superius recitat; quam & specialiter de Deo, & de voluntate diuina testatur videtur multa Philosophica, & Theologica prælibera. Verum hoc fortassis quistam milu obsecriter illum Averrois, qui super 2. Phys. 48. reprobat Auicennam, eo quod 1. Phys. sua 1. 3. posuit aliquid esse & dici causale quia est causale respectu vii causarum, licet respectu aliorum sit necessarium. Sed istud non obstat, quoniam Auicenna loquitur de causulis secundum quid, non autem simpliciter, quia se secundum eum nihil est causale, ut patet per Autoritatem eius: 1. or. Metaphys. 1. superius allegatam. Averroes vero, qui ex more, liberis caput hominem in Termone, arguit contra verba Auicennæ, non contra intellectum, probando quod ex illa causa nihil debet dici simpliciter causale, sicut & concludit tantum verba, non nihil vero realiter contra eum. Vnde Parab. 9. Quod tantum verba seculatur, nihil habebit. Quare & Auicenna potest dicere Averrois, sicut Africagoras Socrati quondam dixit, ut idem Averroes recitat à Theologio super 3. de Celo comment. 17. Si, inquit, tua contradictione contra me est, secundum intellectum mei intentionis, certe concluderetur mihi, cum autem tu non intelligis intentionem mei sermonis, non repeto mihi conciliari. Neutram tamen horum faveo, sed præhonmando veritatem, videtur mihi quod nihil dicitur absolute nomine causale secundum communem viam loquendi: Philosophorum autem vulgi, nisi quod est casuale respectu cuiuscunq; causa sue inferioris nobis nota, vel saltem respectu causarum principalis nobis nota, non autem quod est causale, seu præter intentionem causarum instrumentalis & accessoria qualisconque. Non enim si quis ex industria occidat hominem gladio, illa occasio dicitur causalis, quia tamen est præter intentionem gladij, qui ratiū intendit descendere & secessare, & præter intentionem aeris, qui intendens principaliter aliud, accessoriè forsan ad hoc agit.
- B
- C
- D
- E

C A P. XXX

Quod res voluntarie diuinæ prouidentiae legibus gubernantur.

E quis autem credat præhabita de prouidentia rintum in rebus naturalibus vera esse, videtur specialiter ostendendum, quod & voluntaria nequaquam ab humanae ratione prædicta est. Hoc enim testatur ex 27º capitulo, & potest ostendit similiiter per rationes & Autorites illius; quod etiam ex abundantia proxima duo capitula faciunt manifestum. Itemque sicut sapiens Patrem suum meliora & perfectiora magis & sollicitius pionerit,

Sicut enim natus eorum, sicut 21. docet. Et hoc videtur ratio Salvatoris contra Epicureos, ubi sollicitos, nec in divina providentia spem poneantes salubriter admonentur. Ne sollicitum minus anima vestra, quid manducetis, neq; corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam Hec? Et corpus plus quam vestimentum? Respice voluntariae coeli, quoniam non servunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester celestis pacificilla. Nonne vos magis plures estis? quis voluntum cogitans potest adiungere ad statutam suam cibitum etiam? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quemodo crescent, non laborant, neque venient. Dico autem vobis, quoniam neque Salomon in omni gloria sua cooperatus est sic, ut numerus illis. Si autem locum agri quod hodie habet, & cras in eadem intulerit Deus, sic ex his, quanto magis vobis modice fidei? Matth. 6. Ex quibus sic consideruit, Nolite ergo solliciti esse, dicentes, quid manducabimus: aut quid bibemus? aut quo operemur: haec enim omnia Gentes inquirunt: scilicet Pater vester, quia omnibus his indigetis? sed quid nobis valeret ista Patris scientia, nisi secundum eam diligatis prouideret? In hoc autem proceſſu ut patet intuenti, & dicit Chrysostomus, arguit Christus duplii argumento, seu loco, Primo a maiori ad minus descendens, cum de ipsius natura, Nonne anima plus est quam Hec, & corpus plus quam vestimentum? Secundo a minori ad maius ascendens, cum proponit, Respice voluntariae coeli, &c. additique Chrysostomus super illud, Nonne vos plurimi estis illis? Omnia animalia Deus propter hominem fecit, hominem autem propter se: quanto ergo pretiosior est hominis creatio, tanto maior est Dei sollicitudo de ipso: sicq; istum locum exponunt multi sancti Doctores, quos pro parte recitat ibi Glossa. Item postquam Salvator, Mat. 10. praedixit Apostolis persecutions, quas erant passuri pro nomine suo, ut eos contra timorem mortis per diuinam prouidentiam confortari, sic dixit, Nolite timere eos qui decidunt corpus. Nonne duo esses alle venuunt, & vobis ex illis non cadet super terram sine parte vestro: vestri autem & capilli capitum omnes numerati sunt. Nolite ergo timere; mulier C passeribus meliores estis vos; vbi dicit Chrysostomus, quod rursus sermonem de prouidentia Dei inducit, Dicitque Ieronimus sicut allegatur in Glossa, & est sensus, Si parva animalia absque Deo Autore non decidunt, & in omnibus est prouidentia, & quae in his peritura sunt sine Dei voluntate non percunt, vos qui eterni estis non debetis timere, quod absque Dei vivit prouidentia. Quod autem ait, vestri capilli capitum omnes numerati sunt, inveniamus Dei erga homines ostendit prouidentiam, & hoc stolidum significat effectum, quod nihil noscitur laret Deum; Secundum vero Hilarius & Chrysostomus, numeratio capillorum diligentiam diuinae prouidentiae circa nos ostendit. Hanc etiam rationem videtur Apostolus confirmare L. ad Cor. 9. vbi vult, quod prouidentia, seu cura Dei circa naturalia, & irrationalia quasi nulla sit, respectu curae eius circa nos, sic dicens; Scriptum est in lege, Non alligabis os boui trituranti: unquid de bobus cura est Deo? aut propter nos vtique dicit? Nam propter nos scripta sunt. Quibus & concordat Philosophus 2. de Cœlo 30. vbi argendo contra ponentes astra moveri motu proprio, supponit quod natura magis curat præflosa, sic dicens; Adhuc autem irrationalib; nullum organum ipsi; scilicet astris naturam dedisse ad motum; nihil enim, ut conuenit, facit natura, neque de Animalibus curat, sic autem præflosa despxisse. Item alias evanescunt tota Scriptura de Prædestinatione Sanctorum, & Reprobatione malorum.

C A P. XXXI.

Quod actiones voluntariae diuinae prouidentiae supponuntur.



Dhuc autem posse aliquis protervare dicendo, ipsas res voluntarias E sub prouidentia committit, sed non ipsas voluntarias actiones. Quare videtur expeditius istam proterviam refutare, quod per Capitula proxima & probations eorum facti plane potest. Item per rationes & Autoritates capituli proximi, Voluntaria prouidentia diuina subduntur, & hoc specialibus careris, ergo secundum mecum Autorum, hoc est secundum quod, vel quae sunt voluntariae, scilicet secundus suas voluntarias actiones. Nam ipsa potentia voluntaria, & quae conque alia prefer voluntarias actiones, sunt pure naturalia, & necessaria. In prouidentia ergo talium non est per viros discretio facienda, à prouidentia naturalium, ceterorum, uno venus

A verius posse dicit; Facies hominis quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Abacuti: nisi Deus etiam prouideret voluntariis actiones. Item per capit. nonum, Volumen Dei causa motuum cuiuslibet motionis, & non perperam sed cum sapientia disponente, & scientia eam nona, sed terrena, sicut præcedentia docuerunt: pater ergo propinquum per Deinisticam prouidentiam supradictam. Item omnes actiones naturales tam animalium, quam animalium a prouidentia, quia ab eius voluntate & scientia producuntur, sicut ex prioribus factis patet, & quia naturaliter & necessario sunt; ergo reducuntur ad prius necesse esse, a quo efficiunt & dependunt: quod & de actionibus irrationalium, de quibus minus videtur pater per Augustinum De fide, ad beatum Petrum, tricelimo primo dicendum, Huius animalia irrationalia presentis seculi cursum atque ordinatum secundum Creacionis incomprensibilem peragunt voluntatem, que de suis factis nullam rationem reddiuntur sunt, quia rationalia non sunt; actiones autem voluntariae sunt meliores & acceptiores Deo. Iste enim retributionem congruam preparauit, non illis, sicut tam Philosophi, quam Theologici, dicunt concorditer uno ore. Quare & sollicitiori prouidentia disponuntur, sicut capit. proximum arguerat, quod & factus patet per Apostolum ad Eph. 1. & 2. vbi ponit duplum preordinationem, seu prædestinationem; primam iustitiam, & iustorum operum in presenti; secundam gloriam, & præriorum in futuro. Unde pro præordinatione iustitiae cap. 1. dicit, Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati, & pro præordinatione iustorum operum, cap. 2. sic dicit, Ipsius sumus factura, creati in operibus bonis, ut in illis ambulemus. Hoc autem totum patetur per glossam, hanc duplum præordinationem seu prædestinationem latius prolequentem, & sub his verbis Ieronymi allegantem; Distinxit duas Dei præordinations & carum effectus, quantum altera est de presenti ad iustitiam, altera est de futuro ad coronam. Augustinus etiam De gratia & libero arbitrio, vicesimo primo, expoenit autoritatem ex secundo capite allegram, sic dicit: Quid est hoc quod dixit? Non ex operibus ne quis extollatur? Audi, & intellige; non ex operibus tuis ex te tibi existentibus, sed tanquam his in quibus Deus te fixit, id est, formavit, & creauit; hoc enim ait; Ipsius sumus segmentum creati in operibus bonis, non illa creatione qua homines facti sumus, sed illa de qua ille dicebat, qui utique homo erat; Cor mundum crea in me Deus. Idem De fide ad Petrum, tricelimo secundo sic dicit, Illi cum Christo regnabunt, quos Deus gratia bonitate sua prædestinavit ad regnum. Qui enim eos tales prædestinando preparauit, preparauit utique secundum præpositionem vocando, ut obediant, iustificantos, ut accepta gratia recte credant, & bene vivant. Unde patet clarissime, quod Deus præparauit prædestinatis ad regnum obediens, recte credentes, & bene viventes, quae sunt voluntarie agere, seu voluntarie actiones. Hoc igitur ad diuinam prouidentiam reducuntur. Item Augustinus octavo super Genesim ad literam 11. & post diffusus, ostendit Deum præesse vniuersitate creature, rationali & irrationali, etiam voluntatibus quibususcunque, opere prouidentia bipartito, scilicet creationis, & administrationis; Creationis quantum ad productionem cuiuslibet creature; administrationis, quantum ad actiones & passiones, & ceteros eius motus, quod capite decimo tertio per locum à simili sic ostendit; Sicut motus cuiuslibet membra animalium est ab anima, & etiam innititur aliquid fixo in mouendo: sic motus creature cuiuslibet est à Deo, & ipso velut fixo innititur, dum mouetur. Idem primo Confessionum, sext. Excepterunt confutationes lactis humani, nec mater mea, vel nutrices meæ sibi vbera implebant: sed tu mihi, Domine, das alimentum infantie, secundum iustificationem tuam; & diuinitas ad suum vel que rerum dispositas. Ecce infra eiusdem 12. Vrgebat ad addiscendum literas, & bene mihi fiebat, nec qui uegebant me, bene faciebant, sed bene mihi siebat abs te, Deus meus. Illi enim non inuebantur quatenus referrem, quod me addiscere cogebant, præterquam ad satisfactiones infirmarum cupiditates copiose, inopie, & ignominiosæ gloria: Tu vero cui numerati sunt capilli capitis nostri, errore omnium, qui mihi inserviant ut discerem, vtebaris ad vitilitatem meam; & scripturam. De consulentibus Mathematicis, ipsiusque Consultis, sic dicit; Tu iustissime Moderator vniuersitatis consulentibus, consolique nescientibus, occuro iustitiam agis, ut dum quisque consultat, hoc audiat, quod cum opere audire occultis meritis animalium ex abysso iustitiae iudicij tui. Item omnes voluntarie actiones sunt à fato diuino, & nihil penitus in aliis voluntariis casu lege cui fortunum absoluere sicut 18. & 2. ad 20. quare omnes voluntarie actiones à diuina prouidentia derivantur. Item omnia prospera vel aduersa quae continguntur hominibus per voluntariis actiones, prouidentiar a Deo, quare & omnes tales voluntarie actiones: Si enim essent casu[m] respectu Dei, quicquid proueniens ab eis, esset simili fortuna. At isti namque in De bona fortuna, & probat, quod fortuna non est causâ collectionis & consilii, quia tunc omnia essent fortuna. Omnia enim opera nostra ab intentione

Auctor.

intentione & consilio sunt-causata, vel saltem de talibus intelligitur argumentum. Quare & Auctor. ^Auctores super 2. Phys. 44. redarguit opinantes motum Cœli esse à casu, quia cùm ipselar-
gient alijs entibus ordinem, omnes alia causa inuenientur ex Casu. Quod enim inuenitur
ex illo, quod est ex casu, inuenitur ex Casu. Hoc idem ratio persuadet: Si enim Deus inten-
dit rationabiliter aliquem finem prouenientem per voluntarias actiones, vel intendit ipsum
immediatè facere pcc se solum, vel per alia media, vel neutrò modo intendit; Non primo
modo, quia non sic facit: si secundò modo, vel per eadem media per quæ productur,
& sic habetur propositum, vel per alia, & sic voluntas eius frustratur in aliquo, vel muta-
tur, contra priora: si neutrò modo, non intendit rationabiliter illum finem. Quicun-
que enim intendit rationabiliter illum finem, intendit similiter media per quæ proueniat
ta-
lis finis, nisi velit illum immediate taceret per seipsum, vt patet 3. Ethic. 8. vbi sic dicitur,
Ponentes aliquem finem, qualiter & per quæ est, intendit, & adhuc eorum capitulum illud
facit. Quod autem omnia prospera à diuina prouidentia detinuntur, ex prioribz latius con-
flat: Potestque ex abundanti ait ut ostendit. Alias recipieos talia, non teneretur reddere
gratias Deo pro illis, quod nullus affirmare presumeret nisi inimicus gratus, vixusque testamen-
ti subuersor, sanctissimum Patrum iuris, & omnium Catholicorum Doctorum indoctissimus
reprehensor; qui docent non factas aut factas gratias, sed veras & discretas semper pro omni-
bus agere Dominum Deo nostro. Nam gratiae fatuorum effunduntur Eccles. 20. & secundum
Aug. de prædestinatione Sanctorum 26. Si quis homini gratias ageret, pro eo quod illum vel
putaret non præsumere, vel posset, adulatio vel trahit versus quam granularum actio diceretur;
sed nolite etare, inquit Apostolus, Deus non iridetur. Et secundum eundem de bono perse-
uerantia 2. Irritora est illi gratiarum actio, si ex hoc gratus ageret Deo, quod non dona-
ticipse, nec fecit. Item alias talia prospeta non essent dona Dei, quod quia destruit vtriusque
seriem testamenti, & fidem quasi communem animi conceptionem cunctis innatam, seu
potius ab eis destruit, nullus fidelis concedet, & vix aliquis infidelis. Item hoc patet de Po-
tentiatis, Dignitatis, & omnibus Prælatiis. Ut autem à sublimioribus & dignioribus in-
choetur; Stalquis posset esse Papa sine Domino prouideret, non esset nobis certum quod
Papam Dominus prouideret; quare nec scribere deberemus tali diuina prouidentia summo
Pontifici, qui tamen stilus est omnibus consuetus, & admissus à curia, & haec tenus compa-
batus: Nec alij Prælati aut Reges deberent sic scribere. Talis Dei gratia Episcopus vel Rex,
nec eos ei, ne forte inueniamur falsi testes Dei, dicendo testimonium aduersus Deum, quod
prouidit quem non prouidit, quod non est patuum periculum, sicut patet 1. ad Cor. 15. quia
secundum Augustinum (& Glossa allegat) non minor sed maiori fortassis sceleris in Deo lau-
datur fortitas, quam virtutem veritas. Item hoc est verum de secularibus Regibus, quare &
de Ecclesiasticis quiduscunque quod primò de Regibus Anglie, declarandum. Referat siquidem
Wilhelmos Malinesburie, de gestis Regum Anglorum & Pontificum 1. c. 10. de Edwardo
Confessore cancellario in hæc verba; Viderat quondam somni revelatione seculi illius D
felicitati Brithwoldus Wintoniensis Episcopus; viderat, & annuntiascerat. Nam dum tempo-
re Regis cunctationis, cælestibus apud Glastoniam lucubraret excubis, subiisseque, cum cogi-
tato, quæ frequenter cum angebat, de regia stirpe Anglorum penè deleta hæc meditans sepor
irepedit, & ecce in superna rapta, videt Apostolorum Principem Petrum, ipsum Edwardum qui
tunc in Normannia exulabat in Regem consecrare, calice designata vita, & cerid 24. annorum
regni numero computato, eidemq; conquerenti de posteritate, respondere, Regnum Anglo-
rum est Dei, post te prouidit sibi Regem ad placitum suum. Omnes ergo Reges Anglorum
diuina prouidentia sublimantur, quare & alij vniuersi. Domini enim est terra & plenitudo
eius. Hoc idem patet de institutione & destitutione Regum, & divisione ac translatione regnorum, in libris Regum & Paralip. multis locis; Primò de institutione Saul 1. Reg. 9. & de
eius destituzione 1. Reg. 15. De institutione Davidis 1. Reg. 16. de divisione regni tem-
pore Salomonis prædicta, sed propter merita Davidis dilata ad tempus Roboam, tuncque com-
pleta: De institutione Ierooboam in 10. tribubus, Roboam vero in 12. cius in residuo, vt
remaineret Lucrena Davidi 3. Reg. 11. & 12. Ideoq; Roboam cum tribi Iuda & domo Benja-
minia volente pugnare contra Ierooboam, & dominum Israël, vt reintegret regnum, dixit eis
Dominus per Prophetam, Non ascendas, nec pugnabis; A me enim factum est verbū hoc 3.
Reg. 12. & 2. Paral. 11. Reueratur vniuersus in domū suam, quia hoc mea gestum est volun-
tate. Vnde Paral. 28. Propter peccata terre multi Principes eius. Et Eccles. 10. Ig manu Dei
potestas terra, valem rectorem in tempore suscitabit super eam. Regnum autem gentium in gentem
transferetur propter iniustitiam, & iniurias, & contumelias, & dissensiones, & eadem ideo
volvit Deus in regno suo percutit. Scilicet Hebreos 1. secundum hanc sententiam per proximam
doceat

Ecclesiast.

26.

Augustinus.

Augustinus.

Statuofaci-
ritate.

1. Reg. 9.

1. Reg. 15.

3. Reg. 12.

12.

2. Paral.

18.

Eccl. 10.

Cap. 3.

A doceret in pluribus & vñderatantes omnibus sita esse. Vnde Apostolus ad Rom. 13. Omnis ^{Apostolus.}
anima potestatis sublimioribus subditur sit; non est autem potestas nisi a Deo; quæ autem
sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestari, Dei ordini resistit. Item 1. Pet. 2. Sub-
iecti estote omni humanae creature proprio Deum, sive Regi quasi præcelletati, sive ducibus
tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Seu subditu estote
in omni timore domini, non tantu bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Adhuc autem hoc
est verum de regnis de quibus minùs videtur, scilicet infidelium & malorum, quare & vniuer-
saliter quorumcumque. Vnde Amos 9. Nunquid non vt filii Aethiopum vñs elis mihi Eli Is-
rael, dicit Deus? Nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti, & Palestinos de Cap-
padoccia, & Sirios de Syrene? Ecce oculi Domini super regnum peccans, & conteram illud à
facie tetra. Cui concordat Apostolus ad Rom. 3. An Iudæorum Deus tandem, nonne & gen-
tium? in & gentium. Et infra 10. Non est distinctio Iudæi & Græci; Nam idem Dominus
B omnium. Pro quo ostendit Aug. 5. de Civitate Dei, & alibi multum diffusè, quod Regnum Ro-
manorum fuit à Deo. Vnde & § 11. ita dicit; Deus summus, qui singulas partes mundi mag-
nas & partas disponit, nullo modo est credendum, regna hominum eorumq; dominaciones,
& seruitutes à sua prouidentia legibus alienis esse voluisse; & loquitur ibi principaliter de
Regno & Imperio Romanorum, pro tempore infidelitatis eorum. Idem supra eiusdem 1. Cau-
sa magnitudinis & diuturnitatis Romanorum Imperij, nec fortunata est, nec fatalis, secundum op-
tionem dicentium esse fortunata, quæ nullas causas habent, vel non ex aliquo rationali ordine
venientes, & fatalia, quæ præter Dei & hominum voluntatem, quadam necessitate contingunt,
prorsus diuina prouidentia regna constitueret humana. Et idem patet 4. 33º manifestè. Item
Hieron. lib. 9. super Esaiam, quem amabili propriæ historica expositione confecipit in fo. vi. ^{Hieronymus}
fiones Esaiæ 8. Babylon, Philistij, Moab, Damasci, Aegypti, deserti mari, Idumeæ, Arabiæ,
valis vñsonis, & Tyri, quæ secundum cum ibi melius dicuntur 10. onera: Verbum enim He-
braicuri (Messa) onus vel pondus intelligitur, pro quo Septuaginta, vñsio, transferabant, tractat
materialium hanc diffusè; & super illud Esaiæ 22. Onus valis vñsonis, sic dicit, Septuaginta ma-
nifestius transtulerunt, valis Sion: Hæc enim ciuitas est seminarium Prophetarum, in qua ex-
tructum est templum, & visiones Domini multiplicatae sunt, quæ licet funderetur in monte, ne-
quaquam mons appellatur, sed valis, eò quod humiliata sit; quod etiam loquitur Jeremias,
quando accipit calicem plenum vini, & dat vniuersis gentibus, ac nouissime porrigit Ierusal-
alem, ut bibat, ac vomiat, & ruit, & insaniat, significans à Babyloniis hanc esse vastam. Ex
quo intelligimus omnium, Creatorem, & equaliter esse Deum, & eodem cuncta dispensare iudicio,
iuxta hoc quod ipse loquitur per Amos, Nunquid non vt filij Aethiopum &c. superius
recitata, ne putarent idcirco Iudei se meritorum habere priuilegium, quia educti essent de
Aegyptio; Dicit etiam ceteras gentes ad alias terras translatas esse suo imperio. Item hoc pa-
tet specialiter de quatuor magnis regnis, nullique ignotis, præter Caledonum seu Babyloni-
orum, secundò Medorum & Perfarum, tertio Græcorum, quartò Rōmianorum, de quibus
habetur sparsim in Scriptura frequentiter & coniunctim, Dan. 2. sub Metaphora quatuor par-
tium statue ipsi Nabuchodonosor per sonnum reuelata; & infra 7. Sub specie quatuor
grandium bestiarum visarum per sonnum Danieli. Vnde & Danieli pse sic dicit, Ipse Domi-
nus inuitat tempore, & erates, transferre regna atque constituit; vñ glossa: Non ergo miremur,
si quandoque cernimus Regibus Reges, & Regis Regna succedere. Omnia sunt de arbitrio
eius qui causas omnium nouit, qui omnia condidit & malos Reges parit suscipit, ut puni-
ant malos, emundent bonos. Et infra, dixit Daniel Nabuchodonosori primo Monarchæ
Caledonum; specialiter isto modo, Tu Rex Regum es, & Deus Cœli, regnum, & fortitudi-
nem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filii dominum, & be-
neficia agri, volucresque cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. Cui
concordat sanctissimum Jeremias 27º cap. in persona Domini ita dicens; Ego feci tēram, ^{Jerem. 27.}
E & hominē, & iumentā, quæ sunt super faciem tētra vniuersit, in fortitudine mea mag-
na, & in brachio meo extento, & dedi eam qui placuit in oculis meis; Et nunc itaque
ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosoris Regis Babylonis tēram mei, inlu-
per & bestias agri dedi ei, ut seruant ei, & seruant ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii
eius, donec veniat tempus terra eius & ipsius: Et infra 43. Ecce ego mittam & assumam
Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum, & ponam thronum eius super lippas
des istos; & statutum scilicet suum super eos; vniuersaque percutiet terram Aegypti. Hoc idem
restatur vox de celo ruens, in hac verba: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, Regnum tuum
transiit a te, donec scilicet quod dominetur excelsis in regno hominum, & cuicunque voluerit,
deridat, Dan. 4. & infra 5. habetur expressè de destructione huius primi regni; & institutione
secundi

Eliias.

Job. 34.
Gregorius.

Angustinus.

Sapient. 6.

Job. 34.

Parabol. 29.
Job. 34.
Gregorius.Exod. 17.
Iosue 7.

Secundi per Scripturam, Mane, Thechel, Eates, & interpretationem illius, Balcha, & ultimo A. B. dicentes, Numerus Deus regum tuum, & complevit illud, diuisum est res tuum, cedatum Modis & Persis, quod & ita completum est, capta Babylone à Dario & Cyro, Regibus Medorum & Persarum, & Balaclaz interfecto. De Cyro etiam Darji successore dicitur, Esaia 45. Hac dicit Dominus Christus meo Cyro, cuius apprehendit dexteram ut subieciantem faciem eius Gentes, & dora Regum veram, &c. Unde & idem Cyrus 2. Paralip. vii. & 1. Esd. 1. sic dicit, Omnia regna terra dedit mihi Dominus Deus Cœli. Deterio quoque regno, seu tercia Monarchia, puta Græcorum, cui præfuit Alexander, apparet idem specialiter per premissa in ostensione 32. partis Corollariorum, primi huius. De quarto regno Monarchico, videlicet Romanorum, Augustinus 5. de Civit. Dei diffusè specialiter docet idem. Dicere quis magnis & Infidelium, haec sufficientia vice. Per quæ, licet de regnis malorum, propositum laus appareat, potest tamen ex abundanti breuiter si ostendi. Job. 34. Regnare facit hominem hypocritam propriæ peccata populi. Super quod dicit Gregorius 25. Moral. 1. 5. Nullus qui tales rectorem patitur, cum, quem patitur, accuset, quia nimis sui patuerit peruersi rectoris subiacte diconi. Et infra 15. Secundum merita subditorum tribuuntur per longe regentum. Hoc eriam Augustinus 5. de Civit. Dei diffusè ostendit: Unde 29. de Neroni sic sit, Cuius fuit tanta luxuriae, ut nihil potaretur ab eo virile metuendum, tanta crudelitas ut nihil molle habere credereatur si necrum etiam talibus tamen dominandi fortis non datur nisi summi Dei prouidentia, quando res humanae iudicant talibus Dominis dignas. Aperta de hac re, vox diuina est, loquens: Dei sapientia, Per me Reges regnant, & tyranni per me tenent terram. Sed ne Tyranni non pessimi arque improbi Reges, sed vere nomine fortis dicit existimantur. Unde aut Virgilius, Pars mibi pacis erit dextram teutigis Tyranni. Apertissime alio loco de eo dictum est: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peruersitatem populi. Et infra 22. dicit, quod verus Deus quando voluit, & quantum voluit, regnum dedit Romanis, Assyriis, & Persis, sic & Neroni & Domitiano crudelissimo, ac C. Apostolæ Juliano. Hec planè Deus verus regis, & gubernat ut placet, hæc ergo de Regnis & Regibus sufficiat induisse.

Nec potest quis fingere, quod Deus ista magna prouideat, & misera non curat. Hanc enim insipientiam redarguit Sapient. 6. dicens, Non subtrahet personam cuiusquam Dominus, nec veretur personam cuiusquam, quoniam pulsuum & magnum ipse fecit, & aequaliter cura est ei de omnibus; Et Job 34. Non accipit personas Principum; quod & ratio persuaderi. Si enim Deus prouideat Papas, & Imperatores seu Reges, cur non Cardinales & Duxes? Et si istos prouideat, cur non Archiepiscopos & Comites; et si istos, cur non Episcopos & Barones, & sic gradatim a maximis ad minimos descendendo. Unde Parab. 29. A Domino egreditur iudicium singulorum; Et Job 34. supergentem, & super omnes homines &c. Super quod Gregorius 25. Moral. 1. 5. ita dicit: Hoc quod in maximis fieri cernamus, etiam in nobis singulis caute timeamus. Sic enim intenduntur diuina iudicia super unam animam, D. sicut super unam urbem, sicut super unam urbem, sicut super unam gentem; sic super unam gentem, sicut super uniuersam generis humani multitudinem, quia & sic intendit Dominus singulis, ac si vasset a cunctis, & sic simul intendit omnibus, ac si vasset a singulis. Qui enim omnia administrando implet, regit implendo, nec viuenteris deest cum disponit unum, nec viuenteris cum disponit viuenterum, cuncta scilicet natura sua potentia quietus operatur. Huius quam prouidentia legibus bellorum victoriae disponuntur. Hoc sequitur ex prioribus, & potest probari ut priora. Per viatorias etenim, regna & dominationes plurimæ acquiruntur, quæ per prouidentiam Dei dantur. Item hoc patet in pugna Israël contra Amalech: In qua cum eleuaret Moses manus, vinciebat; si autem paululum remisisset, Amalech superbarbat Exod. 17. Item patet Iosue 7. de illis 3000 pugnatibus ascendentium contra Hay; qui statim integræ vertentes ceciderunt, per prona fugientes, dixitque Dominus ad Iosue, non poterit Israël stare ante hostes suos, eoque fugier, quia pollutus est anathema, non ero ultra vobis scilicet. E. Ecce causa fugæ illorum & victoriae inimicorum, Non ero ultra vobis scilicet, donec conteratis cum, qui huius sceleris reus es. Nonne & sequens historia, specialiter autem 1. 1. perspicue dicit idem: Nonne 1. scribitur, Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra filios Israel & caderent, & non mererentur ullam clementiam ac periret. Nonne & strenuissimus ille David sic ait, Nouerit viuenteris Ecclesiæ, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus. Ipsius enim est bellum 1. Reg. 17. Nonne & ad Amaliæ regem Iuda habente tantum 30. milia pugnatibus de proprijs, et ideo conduceat centum nullia robustorū de Israël, ut pugnaret, contra Edom, Homo Dei sic ait, O Rex, ne egrediatur tecum exercitus Israël: non est enim Deus cum Israël, quod si pugnas robuste exercitus bella confisteret;

supra

A superari te faciet Dominus ab hostiis tuis. Dei quippe est adiuvare, & in fugam venire, secundo Paralip. 25. Nonne & Ionathas cum Arminio suo tantum, stationem Philistijm 22. P. phil. dacissimè & felicissimè aggressurus, premisit, quia non est Dominus difficile salvare, vel in 25. multitudine, vel in paucis, 1. Reg. 14. Hoc adtem & bene intellexit ille strenuissimus militum Machabæus, qui suis paucos & ieiuno faciatos contra multitudinem maximum sic armabar; Facile est concludi multis in mari paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudine est: ipse Dominus cōbateret eos ante faciem nostram, 1. Machab. 3. Er infra 1. Machab. eodem; Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. Et 2. vlt. Dominus non secundum armorum 3. potentiam, sed prout in se placet, dat dignis victoriæ. Nonne hinc veritati testimonium perhibent, ille equos terribilem habens sessilem, duo inuenies virtute decori, optimi gloria, speciosi amictu, 1. Machab. 3. Illi etiam quinque viri de celo, frans aureis decori, ducatum luctis prastantes, 2. Mac. 10. Sanctus etiam Jeremias defunctus mundo, viuens celo, dans lucta gladium aureum, munus a Deo: in fravitate. Ille quoque Angelus Domini, qui una nocte percussus in calbris Assyriorum 18. 5000. 4. Reg. 19. accedit & ille testis veridicus eximus Prophetatum, Regumque clarissimum sanctus David totum Psalmum 43. in testimonium profectus veritatis, Deus auribus nostris audiuitus, &c. opus quod operatus es, &c. manu tua gentes disperdidit, &c. nec in glorioso suo possederunt terram, & brachii eorum non salutari sunt, sed dextera tua, &c. singula que leuantur: & supra 32. Non salutatur rex per multam virtutem, & gygas non salutabitur in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem; in abundantia autem virtutis sua non salutabitur. Ecce oculi Domini super mercenari eum, &c. ut erit a morte animas eorum. Et quia ipse fuit per omnicos maximè infestatus, & maximas viros suos habuit, eas quasi in Psalmis omnibus, non sibi, sed Domino tribuit, cum actione humiliissima gratiarum. Quid etiam aliud est; Nonne fortitudine sua roboretur vir? & Ne dixenis fortitudo mea, et robustus manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis Domini, quod ipse tibi vires præbuit. Deuteronom. 8. Et infra tricessimo secundo: Propter itam inimicorum meorum distulit, ne forte superbirent hostes eorum, & dicerebant; Manus nostra excelsa & non Dominus fecit hæc omnia. Et Ierem. 46. Non fugiet velox, nec saluari se putet fortis. Irem. 46. Quid etiam aliud sonat, quod occurrit toties in Scriptura, quod Dominus immittet timorem suum super hostes, quod ipse erit Dux belli: quod erit cum suis in bello; pugnabit pro suis; præcedet eos; & concludet inimicos in manibus suorum; conuerteret eos in fugam; subuerteret hostes; deponet, humiliabit, intericeret, & confringet cum suis similibus inimicis? Et ut in paucis multa concludat; ad hoc facit totius virtusque series Testamenti, vbi fit mentio de pugna corporali, vel etiam spirituali. Sed, ut opinor, hoc Dominus in populo suo electo, & in pugna corporali, manifesta virtute ostendere dignabatur, ut quia in paucioribus via major, & per corporalia spiritualia cognoscatur, ostenderet saltem occulta sua virtute generaliter in cunctis ita esse, & in pugna præcipue spirituali, ut sic doceret impotentes & miseris, vbi sperare, & querere fortitudinem, victoriæ, & salutem. Hæc enim omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad corripionem nostram, primo ad Corinthios 10. Cui autem ista non placent, speret in principiis, confidat in nomine, ponat carnem brachium suum, & à Domino recedat cor eius, speret in arcu suo, cius gladius saluet eum, & si quandoque contingat sibi victoria, non referat gratias, nec in hymnis & confessionibus Dominum benedicat; quia non fecit sibi magna, nec victoriæ dedit illi; nec dubito si fuerit salutem nominis Christianus, qui erit in gloriam Deo vero, quam aliquis infidelis Deo falso, seu diis falsis, cius vel quorum gratia & virtuti suam ascribit victoriæ & honorem; & ut vel eis, secundum ritum suum, gratias referens, credit viatorias, & pinguis hostias inimicis ac solentibus. Speciales, ut volunt, mihi autem in qualibet pugna mea adhucere Deo, hoc num est, ponere in Domino Deo meo ipsum meum. Turris enim fortissima notem Domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Ponat me iuxta se, & cuiusvis maius pugnet contra me: Omnis namque postulatio coqui me confortat, in me autem nihil, quia nec minimum aliquid cogitare. Hoc autem totum Iustinianus Imperator Romanorum excelsus humiliiter proficitur, Codice, de veteri iure enucleando, cum dicit; Deo nostrum gubernante imperium, quod nobis a cœlesti Majestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statim Reip. sustentamus, & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, ut neque armis confidamus, neq; nostris militibus, neq; bellorum Ducibus, neque nostro ingenio, sed omnem spem referamus ad solam summam prouidentia Trinitatis. Hoc etiam viuenteris confitetur Ecclesia, quæ cum Dominum orat pro pace, pretendit veraciter fallaciter ista causam, quia non est alius qui pugnat pro nobis, nisi tu Deus

A 2

Institutione.

Augustinus. tu Deus noster. Probatur quoque propositum per Augustinum i. 9. de Canticis Dei. L. 1. Secundum. Omnis victoria cum erit maius prouerit, omnino inuidio viatos humiliat, vel clementans peccata, vel puniens. Tertius est homo Dei Daniel, cum in captivitate poenit, peccata sua, vel peccata populi Domini comittetur, et hanc eam tamen illius caputumta pio dolore relatur. Et licet confiteretur ex prioribus, sapientiam, diuitias, & prosperitates ceteras per diuinam prouidentiam tribui, potest tamen per pauca testimonia confirmari. Terzo namque Reg. 3. dicit Dominus Salomon, Dedit tibi cor sapientis & intelligens, diuitias & gloria; Et Ecclesiasti primo, Omnis sapientia a Domino Deo est; quod & Rex David spiritu Dei plenus plenissime contestatur i. Paralip. vlt. sub his verbis, Tua est, Domine, magnificencia, & potestas, & gloria, atque victoria: Cuncta enim que in celo, & que in terra, tua sunt, tunc diuitiae, & tua est gloria: Tu dominaris omnium, in manu tua virtus & potentia, magnitudo, & imperium: Ovis ego, & quis populus meus, ut possimus tibi haec & diversa promittere? Tua sunt omnia, & que de manu tua accepimus, deditus tibi. Et quia tota scriptura talibus testimonij conuenientibus est repleta, sufficiat haec breviter retigisse. Hoc etiam patet per Augustinum tractatu 2. super illud Psalmi trigessimi secundi; Confitemini Domino in cithara, in psalterio 10. chordarum psallite illi, dicentem, Cithara ex inferiori parte habet quod sonat, Psalterium vero ex superiori, tunc Cithara significat vitam terrenam, Psalterium coelos, quia est in 10. mandatis, & in tria que laudandus est Deus. In vita terrena est prosperitas & aduersitas, in omnibus prosperis laudandus est Deus, & qui quis ex istis non laudat, ingratus est, quia Dei sunt, nec ab altero dantur. Aduersitates sunt in doloribus, languoribus, pressutis, tentationibus, tribulationibus; vbiq; laudet Deum qui citharizat; non attendat quia inferiora sunt, sed quia regi & gubernari non possunt nisi ab illa. Sapientia, qui actus est in fine vsque ad finem fortiter, & diligit omnia suauiter. Non enim celestia regi & terrena deserit, aut non illi dicitur, Quo abihi a spirito tuo? & quo a facie tua fugi? Si ascendero in coelum tu illic es, si descendero ad infernum, ades; vbi ergo deest, qui nullum non est? In omnibus ergo prosperis vel aduersis, confite Domino in cithara, si tibi abundat, gratias age danti; si tibi deficit, aut damno auferatur, cithariza securus, & dic, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedicendum. Item hoc est verum de prosperitate illa de qua minus videtur, scilicet malorum, quod tamen multo moleste ferunt; immo & sancti aliqui, vt videtur. Vnde Ierem. 12. Iustus quidem es Domine si dispiciens tecum, veruntamen iusta loquar ad te; Quare via impiorum prosperatur; bene est omnibus qui praevaricantur & inique agunt; Plantati eos, & radicem misericordie. Ecce tamen quod tribuit ista Deo. Quod & Sancti Job vehementer admirans, non contra hominem, sed contra Deum disputare. Auditores sic redditentios; Attende me & obstupefac, & supponite digitum ori vestro; & ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutier carnem meam tremor. Deinde questionem talem proponit, Quare impiorum subiecti sunt confortatique diuitiae, Semper eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum, domus eorum securi sunt, & non est virga Desuper illos; bos eorum concepit, & non abortivit, vacca peperit, & non est priuata foetu suo; egreduntur quasi Reges parvuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum & citharam, qui dixerunt Deo, recedite a nobis, viam scientiarum tuarum noiumus. Quis est omnipotens ut seruam eis? & responder, veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, sed, supple, in manu Domini, sicut dixit superius, Dominus dedit, Dominus abstulit, concilium impiorum longe sum, & dixerunt, Quomodo scit Deus, & si conscientia in excelso; Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtulerunt diuitias: quasi argueret, ergo non scit Deus nec curat, nec distribuit prouida res humanas: quod argumentum aliquando concludebat Psalmista, vbi forte alii, in cuius persona ex iam praemissis, concludit, cum dicit, Et dixi, Ergo sine causa infibesci cor meum, & sui flagellatus, &c. sed statim hanc conclusionem reprobat ex ipsa ad manifestum impossibile deducendo subiungens, Si dicebam, Narrabo sic scilicet ut dictilla conclusio, Ecce nationem filiorum tuorum reprobaui, scilicet reprobadam ostendi, quod est impossibile manifestum: vbi dicitur Augustinus, Si dicebam, Narrabo sic, scilicet quod Deus non erat res humanas, ecce generationem filiorum tuorum reprobaui, scilicet Abraham, Isaac, Jacob, & Prophetarum, qui omnes dixerunt Denum

A Deum surare res humanas. Hoc idem licet ex predictis sit patulum, potest tamen ostendi specialiter de aduentis omnibus & flagellis, malis & bonis contingentibus indistincte. Omnia enim haec sunt poena patientium; omnis autem poena est aliquo modo poena peccati, & iusta, & a Deo, vt patet per Augustinum. Retract. 9. de concupiscentia carnis aduersus Augustinum. spiritum scilicet, Omnis autem poena si iusta est, peccati poena est; si autem iusta poena est, quam poenam esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominante, homini imposita est. Porro quia de omnipotenti Dei & iustitia dubitare dementis est, iusta haec poena est, & pro peccato aliquo impenditur; Omne autem iustum, & prima iustitia, quae est Deus, est iustum, vt ex secundo capitolo facili constat. Idem 5^a contra Iulianum, dicit Julianus, Si non est haec poena peccati, profecto iniqua poena est; & iniustum facis Deum, quo ibente vel sinecere, aut infirmum, quo non auertere infigitur innocentis; & 83. quest. 24. Deus iustus gubernans universa nullam poenam sinit immorit infligi. Item aliter tolleretur afflictis magna causa patientia, spes, consolationis & gaudium; cum in tribulationes varias incident. Quis enim ita patienter, & peranter, consolatore & gaudente talia sustinebit, si credat ea accidere ab inimico tantum, vel a casu, nec per ea purgari peccata, & exerceri virtutes, aut premia cumulari, sicut si credat haec immitti sibi a Deo, ad aliquod tale bonum? Vnde Seneca in libello quem specialiter de materia ista scripsit intitulato Seneca ad Lucilium, Cum mundus prouidentia regatur, quare multa mala boni viris accidunt? Bonus vir discipulus est Dei, amulatorque & vera progenies, quem parentis ille magnificus, virtutum non leuis exactior, sicut severi Patres, durus educat. Itaque cum videbit bonos viros acceptosque Dijis laborare, sudare, per arduum extendere, malos autem lasciare, & voluptatibus fluere, Cogita filiorum non esse delectari vernaculari licentia, illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Item tibi de Deo liquear, bonum virtutum in deliciis non habet, experitur, inducat, sibi illum preparat. Miraris ru, si Deus ille bonorum amansissimus, qui illos quam optimos esse acce-
C que excellentissimos esse vult, fortunam illis cum qua exerceantur, assignat: Ego vero non minor si aliquando spectum capiant Dij dum spectant magno viros colluctantes cum a. voluntaria calamine: Nobis interdum voluptria est, si adolescentis constantis animi, irremem tem-feram venabulo exceptit, si Leonis incursum interritus pertulit, tantoque spectaculum est gratius, quanto illud honestior fecit. Non sunt ista, quae posint deorum in se vultum conuenire, haec puerilia & humana oblectamenta levitatis; Ecce spectaculum dignum, ad quod recipiat intentus opetis suo Deus; Ecce par Deo dignum, vir fortis cum fortuna mala compositus, vtique si & provocatus. Non video, inquam, quid habeat in terra Iupiter prouocatus, si convertere animali velit, quam ut spectet Catonem iam partibus non se-
D to illi auxerint omnia, vt ante votum. Male tamen de illo Dij iudicaverunt. Indignus vi-
sus est a quo vincerentur, aliquando fortuna, quae ignauissimum quemque refugit; quasi dicat, Quid ergo istum mihi aduentarium afflumam, statim arma submittet, Non opus est in illum tota portentia mea, leui comminatione pelletur, non potest sustinere viuum meum; alius circumspicitur, cum quo possumus confitre manum, pudet congregari cum homine vinci parato; Ignominiam iudicat gladiator cum inferiore componi. Et intra, Veniamus ad Regulum. Quid illi fortuna nocuit? Quod illum documentum fidei, documentum patientie fecit? Figunt cutem clavi, & quocunque corpus sanguatum inclinauerit, vulnera cumbit; In perpetuum vigilam suspensa sunt lumina, quanto plus tormenti, tanto plus erit gloriam. Male tractatum Socratem iudicas, quod illam portionem publice mixtam non ait, quam medicamentum immortalitatis obduxit; quasi dicet, Non est ita. Vbi & ostendit generaliter quoddam mala, quae videntur accidere bonis viris, non sunt mala ipsis, sed bona, vilia, & pro ipsis; & abe vniuersis, quorum dij maior est cura. Nonne & hoc est quod Dominus ipse dicit, Non delebo Gentes, eis dimisit Isus, vt in ipsis experiar Israel, utrum custodiatur viam Domini, & ambulet in ea, annon? Iudic. 2. & sequitur, Haec sunt Gentes, quas Dominus dereliquerit, ut erindiret, in eis Israel, & omnes qui non noverant bella Canaanorum, & postea differenter eorum cerrare cum hostibus, & habere consuetudinem praliandi quinq; Satrapas Philistinorum &c. Iudic. 3. Quare & beatus Jacobus monet, dicens, Omnes negandum existimat, fratres meis, cum in tentationes varias incidentur, scientes quod probatio fidei vestra patientia operatur, patientia autem opus perfectum habet. Iac. 1. Quare & Apostoli ibant gaudentes a conspectu Cruci, quoniam digni habitu sunt, pro nomine Iacobus confirmare.

